ſed nonū rñſoriū dicat̃ ſicˉ fit i ceterꝫ dñicis
de aduētu. Quottidie āt infra octauā fiat cō
memoratio de aduētu. Qñ vo aliq̄ feria īfra
octauā hʒ antiphonas laudū de ppo: tūc ad
matutinū poſt orōnē feſti fiat cōmemoratio
de feria. deinde dicāt laudes de feria cū ill'an/
tiphonis pprijs ꝛ pſalmis ſuis abſqꝫ caplo
ỽ. ꝛ bñdict⁹. ſꝫ dicto Laudate dñm de cel'cū
ſua antiphona terminetur. ibi. Fideliū ani/
me ꝛc. ſicut olim fiebat in die ſctē Lucie. qñ
occurrebat feria hñs laudes de pprio. Item
pdict⁹ pōtifex ordinauit ꝙ ī hac octaua non
fiat officiū de aliquo ſancto: nec etiā de ſancta
Lucia ſꝫ trāſferat̃ poſt octauā. licꝫ poſtea ad
petitionē cuiuſdā religioſi ↄceſſerit ꝙ poſſit
fieri de ſctā Lucia in die ſuo. ꝛ ita ſeruet̃. Or
dinauit etiā ꝙ officiū pſentationis glioſe v/
ginis marie celebret̃. xxj. die nouēbris ꝛ fiat
duplex maius. ꝛ accipiatur officiū natiuita
tis eiuſdē: ſed vbi eſt nomē natiuitatꝫ pona/
tur nomen pſentatōis. Facto fine pia lauda
detur vgo Maria.

¶ Pars ſecūda ſupradicti ſermonarij qꝺ
Mariale appellat̃ i q tractat̃ ꝺ ſacratiſſima
vgis Marie natiuitate. Hec aūt pars pro
prio ac pticulari noie liber vite nūcupat̃.

Sermo primus

A Gredietur
vga de radice ieſſe: et flos
de radice ei⁹ aſcēdet. Iſa.
xj. c. Recitāt hiſtoriogra/
phi ꝙ antiq̄ magnoꝝ pn
cipū natalia celebrabāt.
Ipſi qꝫ pncipes diē natal'ſui cū ſolēnitate ꝛ
iocūditate deducebāt. Vñ Marci. vj. ꝺr ꝙ
Herodes rex ī die natal'ſui cenā fec̄ pncipi
Dies natales pncipū colebantur
bus ꝛ tribunis. ꝛ pmis galilee. Subditi eti
am in dieb natalicijs dñoꝝ ſuoꝝ tripudia
ꝛ choreas atqꝫ feſtiuos ludos ī eoꝝ aſpectib
faciebāt. Vñ Mat. xiiij. ꝺr. Die aūt natal'
Herodis ſaltauit filia Herodiadis in me/
dio ſcꝫ alioꝝ chorizantiū ꝛ placuit Herodi
Et talia natalicia regū appellabant̃ ferie ſo
lēnes. l. fi. C. de feri. Et in ſil'ib dieb oē ius
ptoriū ceſſabat: vt habet̃ in dicta. l. fi. glo. vo
in rubrica. C. eo. ti. appellat ferias repentinaſ
qñ infra annū naſci t̃ repentine filius pncipi
Sancta qꝫ mater ecclia bti Iohis baptiſte
natiuitatē ſolēnit̃ iubet celebrari. qꝛ ſctifica/
tus fuit i mr̄is vtero: pcurſorqꝫ fuit ſaluato/
ris. Quapropt̃ in die natal'eiuſdē p vniuer
ſum orbē ab oib fidelib xpicolis ſingul' an/
nis feſtiua gaudia celebrāt̃ Quāto ḡ maiori
deuotōe ac reuerētia ſctiſſime vgis genitricꝫ
dei debēt ſacratiſſima natalicia celebrari. pfe/
cto ī iſto ſctiſſimo die dꝫ humana mens ma
gnā in leticiā pſilire. Vñ beat⁹ Aug⁹. in ſer/
mone hodierno inq̇t Adeſt nob dilectiſſimi
optat⁹ dies btē ac venerabil'ſempqꝫ vginis
Marie. Iō cū ſūma exultatōe gaudeat ter
ra nr̄a tāta vgis illuſtrata natali. Hec ē em̄
flos cāpi de q ortū eſt pcioſum liliū ↄualliuꝫ
p cui⁹ partū natura mutat̃ pthoplauſtoꝝ q̄
deletur ꝛ culpa. Et beat⁹ Iohes chryſoſtom⁹
etiā ipe in ſmone hodierno inq̇t. Hodie fit
mūdo ſalutꝫ initiuꝫ. Iubilate deo ois terra.
cātate ꝛ exultate ꝛ pſallite. Exaltate vocē ve
ſtrā exaltate. nolite timere: edita ē nobis ī lu
cem ſpōſa dei de q̄ naſcitur⁹ eſt agn⁹ dei q̇ tol
lit pctā mūdi. Exultate mōtes ꝛ colles ꝛ ſicˉ
cera defluite. Letare humanuꝫ gen⁹. Cātate
celeſtes ſpūs. lapides nolite tacere: quoniā
hodie nata ē illa vga q̄ ptulit miri odorꝫ fra
grātiā. Hec ille. Cui⁹ vgis glioſe natiuitatē
puidēs in ſpū ppha deſcpſit eā ſub noie vge
dicēs vba thematꝫ nr̄i. Egrediet̃ vga de radi
ce ieſſe ꝛ flos de radice ei⁹ aſcēdet. Hic āt floſ
fuit Ieſus xps ei⁹ fili⁹ q̇ de ſeipſo inq̇t Cañ.
j. Ego flos cāpi. ¶ Dicit̃ āt flos cāpi: ꝛ non
horti triplici de cā. Prio qꝛ flos horti vt na/ Xps flos campi
ſcat̃ terra apit̃. flos āt cāpi ſine terre aptione
naſcit̃. ſic etiā xps nat⁹ eſt de vgine ſine vgini
tatꝫ ei⁹ violatōe. Scđo ꝺr flos cāpi ꝛ ñ hor
ti. qꝛ flos horti ē clauſus: flos vo cāpi omib
eſt apert⁹. ꝛ ſic etiā hortus pietatꝫ xpi nulli
claudit̃: ſꝫ omēs ad ipm pñt accedere ꝛ miſe/
ricordiā īuenire. Tertio ꝺr flos cāpi: qꝛ ī pti
bus vltramarinis naſcit̃ q̇dā flos qui vocat̃
flos cāpi. habetqꝫ ſtipitē aſperuꝫ: ꝛ q̇nqꝫ folia
rubea. ꝛ ſignificat xpm q̇ ptulit aſperitatem
crucꝫ ꝛ hūit q̇nqꝫ vulnera paſſiōis. Recte ḡ
btā vgo noie vge deſigt̃. qꝛ ex ea pdijt flos flo
rū: fruct⁹ fructuū bñdict⁹ Ieſus fili⁹ ei⁹ ꝛ dei
Et ꝙ ſupdicta pphia de nullo alio ītelligat̃:
qꝫ de btā vgie ꝛ de xpo ei⁹ filio pꝫ p trāſlatōꝫ
caldaicā q̄ in h̔ loco ſic hꝫ. Exurget rex de fi/
lijs iſrl'ꝛ meſſias de filijs filioꝝ ei⁹. ꝺr āt in
pfata pphetia. Egrediet̃ vga de radice ieſſe
qꝛ licꝫ btā vgo orta ſit de radice iudeoꝝ: tñ ē
egreſſa naturā radicꝫ. Radix em̄ ad ima. vir
ga ad alta tendit. radix ī terra. vga in aere p
ficit. radix terre humore. vga celi rore ꝛ ſolis
calore creſcit. Iudei em̄ petebāt ima vicioꝝ
illa āt alta vtutū. illi erāt fixi ī terra p cupi/
tatem terrenoꝝ: illa vo nunqꝫ īcuruata ē ad
trāſitoria bona. ſed in celo habitabat p cupi/
ditatē ſupnoꝝum. illi paſcebātur amore car/

nali.hec nutriebaꝛ amore ſpūali.illi frigeſcē
bant amore infidelitatis.iſta ꝟgo nobiliſſi/
ma fouebaꝛ calore charitatꝫ. De cuiꝰ ꝓcreati
one tria myſteria ꝯtēplabimur

Primū appellabiꝛ neceſſitatꝫ.
Secundū nobilitatis.
Tertiū ꝟo iocūditatis

¶ Prima ps hꝰ ſmonis q̄ dꝛ neceſſitatis

B n Natiuitatē ꝟgis glīoſe hūano generi
fuiſſe neceſſariā ꝓbaꝛ tribꝫ rōnibus
¶ Prima quaruꝫ dꝛ reedificatiōis.

Natiui/tas Marie fuit nccia.

Fundamentū cuiꝰ eſt ciuile.ſi em̄ tibi locaui
areā eo pacto vt i ea domū edificares in qua
me recipes qn̄cūqꝫ ad te declinarē. Tu edifi/
caſti ꝛ in ea me recepiſti:poſtea ꝟo labe edifi
cij vel alia culpa tua domꝰ corruit. Conuenio
te vt iteꝝ reedifices. Queriꝛ an poſſim i h̄ te
ꝯuenire:ꝛ claꝝ eſt ꝙ ſic.l.fi.ff.loca.qꝛ in hoc
mecū ꝯueniſti vt q̄zdiu locatio duraret ibi
eſſet cōſtructa domꝰ in qua recipes locatorē.
Argumentū ad hoc in.l.cū.de here.ff.de ſui.
vꝛ.pre. Nā nō edificatū cenſeꝛ qd̄ diruptū
eſt.ff.de leg.iij.l.qui concubinaꝫ. Et factū nō
dꝛ qd̄ non durat.l.ſi quis aliam.ff.de ſolu.l.
item ſi queriꝛ.§.ſi gēma.ꝛ.l.fi.ff.de acti.emp.
facit in arg.l.ſi cui.§.affinitates.ff.de poſtu.

De locatione

Nō ḡ ſufficit ſemel recipe locatorē niſi iterū
ipm recipiat quouſqꝫ locatio durat. Ar.i.l.
ſi ſeruitꝰ.ff.de ſerui.vꝛba.predi.ꝛ.C.ſi ſeruus
expoꝛ.ne.l.j.ſic ḡ in noſtro ꝓpoſito. Nā cum
omipotens deꝰ locauerat paradiſum Adam
ꝑmo homi vt ex illiꝰ coſta edificareꝛ vna mu
lier in qua ipe habitaret ꝛ ex illa naſceretur
hec domꝰ ſuggeſtione diaboli ꝛ mādati ꝑua
ricatione ꝑ ipm Adam facta corruit.debuit
ḡ ille homo ex ſua ſtirpe ꝓducere aliā mlierē
q̄ eſſet ſtabilis domꝰ ꝛ nō corrueret durante
ſemꝑ locatōe dei ad humanū genꝰ.naturali
igiꝛ iure ꝛ ciuili neceſſe fuit vt illa ꝟgo naſce
reꝛ in qua filiꝰ dei habitaret q̄ dixerat ꝑ pro
pherā ps̄.cxxj.hic habitabo qm̄ elegi eā. Et
h̄ figuratū fuit Heſter.j.ꝛ.ij.c.vbi vaſti pri
oꝛ regina depelliꝛ ꝑ inobediētiā Aſſueri regꝫ.
ꝛ Heſter hebrea loco eiꝰ ſubrogaꝛ q̄ regꝫ pla
cuit oculis. ¶ Scd̄a rō dꝛ ſucceſſiōis. Fūda/
mentū cuiꝰ habeꝛ in auꝛ.licet.C.de nat.li.vbi
dꝛ ꝙ filij naturales exn̄tibꝫ legitimis ſucce/
dere non pn̄t ab inteſtato.poteſt tn̄ dari vna
vncia naturalibꝫ ꝛ ꝯcubine.vel ſoli ꝯcubine
ſemiuncia.l.patre.C.co.ti. Eſt aūt vna vn/
cia duodecima ps hereditatis.vt habeꝛ iſti.
de here.inſti.§.hereditas. Hoc aūt nō ſe ex/
tendit ad ſpurios.vt in dicta auꝛ.licet.C.de
natu.li. Nos ḡ q̄ nō ſumꝰ legitimi ob ꝑoreꝫ

Rōe ſuc ceſſionis

Uncia legalis

fornicationē Eue qua tota humana natura
corrupta eſt de qua nati ſumꝰ que fuit ancilla
nō libera.iuxta illud ps̄.cxv. Ego ſeruꝰ tuus
ꝛ filiꝰ ancille tue.nō poteramꝰ ſuccedere i to/
ta hereditate. Quia igiꝛ votū parētū ē trāſ/
mittere bona ſua filijs.l.ſcripto.ff.vnde li.l.
nā ꝛ ſi ꝑentibꝫ.ff.de inoffi.teſta.l.de emācipa
tis.C.de legi.heredi.ꝛ.l.penultima.ff.de bo/
nis lib. Jō vt celeſtis pr̄is noſtri deſiderium
impleret qui ſua nobis bona eterne felicita/
tis dare affectat oportuit ꝙ ꝑ ſequēs mr̄imo/
niū fieremꝰ legitimi.de q̄ legitimatōe ꝑ habeꝛ
in auꝛ.quibꝫ mo.na.effi.le.coll.vj.circa ꝑn/
cipiū.ꝛ in.c.ꝯqueſtꝰ.ꝛ.c.tāta.ex q̄ filij ſint le.
Ut ḡ deꝰ pater legitimos nos faceret deſpon
ſauit ſibi ancillā.ſ.humanā naturā accipien
do in matrē filij ſui virginē pudicā.ꝟgineꝫ
ſanctā.ꝟginē omni laude digniſſimā Ma
riam hebreā quam naſci neceſſe fuit vt fieret
mater dei. Jō letabūdi dicere poſſumꝰ illud
Pauli ad Gal.iiij.nō ſumꝰ ancille filij ſꝫ li/
bere:q̄ libertate xp̄us nos liberauit. ¶ Tertia
rō dꝛ ſubuētionis. Fundamētū cuiꝰ ponit iu
riſcōſultus in.l.j.ff.de in inte reſt.ꝛ in.l.ij.§
verba.ff.ad velle.vbi inquit ꝙ deceptꝫ ꝛ frau
datis debet ſubueniri. Cū ḡ diabolꝰ deceperit
humanū genꝰ mēdacijs ſeducēdo ꝑmā muli
erem. Jō oportuit decepto homi ꝓuideri de
remedio oportuno.qꝛ igiꝛ vt inq̄t phs.j.po
ſterioꝝ Si vnū eſt cauſa alicuꝰ effectꝰ:oppo
ſitū eſt cauſa oppoſiti. Ad qd̄ eſt tex.in.l.ni/
hil tā naturale.ff.de reg.iur.vbi dꝛ ꝙ ſi ꝯſen/
ſus eſt cauſa ꝯtractꝰ:diſſenſus eſt cā diſtra/
ctus ſicut ꝑ mulierē peccatricē a diabolo dece
ptam ꝛ deuictā fuit humanū genꝰ deperdituꝫ
ꝛ a ſtatu ſuo deiectū.ita ecōtrario debuit per
mulierē innocentē ꝛ purā atqꝫ ſanctiſſimam
diaboliqꝫ ſuꝑatricē in integꝝ reſtitui ꝛ repa
rari.aliter ipe mēdacij pater diabolꝰ de men/
dacio ſuo emolumētū ꝯſequereꝛ.qd̄ eſſe non
debet.nullꝰ em̄ de mēdacio facto dꝫ cōmoduꝫ
obtinere iuxta notata i.l.j.ff.de nata.reſti.et
in.l.iij.§.ij.ff.ſi ex noxa.cau.agaꝛ.ꝛ i.c.ſedes
de reſcꝑ.imo ꝓpꝛ mēdaciū dꝫ puniri.l.ſi du/
biret.§.ita demū.ff.de fideiuſſori.ꝛ auten.ꝫ.
qui ꝓpriā.C.de nō numerata pecunia.ꝛ.§.
ſed furti. Inſti.de actio.neceſſe igiꝛ fuit pu/
riſſimā dei genitricē naſci q̄ ꝯtrita diaboli de
ceptoris poteſtate hoīem de ſeruitute illiꝰ eri
peret ꝛ quē ille ꝑ mr̄eꝫ culpe Euā a ſe frauda
tam maledictiōi ſubiecerat ipa mater gratie
ſuo interuētu ac patrocinio bn̄dictōibus ad
impleret.qd̄ factū eſſe teſtaꝛ Hiero.in ſmo/
ne ad Euſtochiū dicēs Quicq̄d maledicti/

R Rōe ſub uentōis.

onis infuſum ē p Euā: totū abſtulit bn̄dictō
Marie. Inſup ꝛ grāz infudit xp̄i ort⁹ quā
ꝑus nō habuerat tot⁹ mūd⁹. Hec ille.

¶ Pars ſecunda huius ſermonis que dici
tur nobilitatis.

Licet vt inq̇t iuriſcōſult⁹ in.l.j.ff. de
in inte.reſti. q̄ p ſeipm̄ ſe cōmendat:
nō indigeat cōmēdatōe. qđ etiā ha
betur in.l.ij.C.qn̄ ꝛ quibꝫ quar.ps. Licz eti
am dicat̄ in.l.j.in fi.ff.de dote ple. ꝙ ſatis de
monſtrati fruſtra fit demōſtratio: ꝛ qđ patet
expſſe nō eſt ꝓbare neceſſe.c.euidētia.de accu
ſa. ꝛ.l.ea q̇dē.C.eo.ti. Itē ꝙ expſſio eoꝝ q̄ taci
te inſunt nihil opat̄.l.iij.ff.de le.j.ex q̄ videt̄
nō eſſe neceſſariū btē v̄ginis Marie nobili
tatē q̄ p ſeipam eſt euidēter ꝛ clariſſime demō
ſtrata manifeſtare: tn̄ ad maiorez ipſi⁹ v̄gis
deuotoꝝ ꝯſolationē aliq̄ dubia circa nobili
tatē ei⁹ declarabim⁹. ¶ Primū eſt vtꝝ xp̄s de
Utrum xp̄s debuerit d̄ matre nobili pcreari
buerit de matre nobili pcreari. Et p̄mo argui
tur ꝙ nō. Inq̇t em̄ Paul⁹.j.ad Cho.j. Nō
multi ſapiētes ſm̄ carnē nō multi nobiles ſꝫ
ignobiliora mūdi ꝛ ꝯtemptibilia ꝛ ea q̄ nō
ſunt elegit de⁹. ſꝫ beatā v̄ginē elegit de⁹ ꝛ pele
git. Ergo nō debuit eſſe nobilis ſꝫ ignobilis
¶ Itē glo. ſup p̄dicta v̄ba apl̄i ait. venit em̄
humilis de⁹ querēs humiles: nō altos. ꝛ ibi
dem etiā dic̄. Nō elegit reges vel ſenatores
vel ph̄os vel oratores: ſꝫ plebeios pauperes
indoctoſqꝫ piſcatores. Ergo cuꝫ beatiſſima
v̄go ſit p̄ oībꝫ iſtis electa: p̄ oībꝫ iſtis videtur
debuiſſe eſſe plebeia ꝛ paupcula. Nā v̄bum
humilis ꝓprie verificat̄ in plebeia in ancilla
vel ancille filia.l.humilē.§.j.C.de inter.ma
tri. deus āt querit hūiles vt patuit ſup̄. Itēz
maior humiliatio videt̄ ex pte dei de ignobili
q̄ꝫ de nobili incarnari. ¶ Sꝫ his non obſtā
tibꝫ ī ꝯtrariū eſt v̄itas. vt declarat Albertus
Nobilitas v̄gis ꝓbat̄
magn⁹ ſup miſſus ē. Et poſſum⁹ ipaꝫ v̄ginee
nobilitat̄ ꝯgruētiā ſic ꝓbare. Quāto aliq̇s
pl⁹ ē eleuat⁹ ī ſūmū tāto mag̃ pt deꝑmi deor
ſum. q̄ꝫto em̄ mons eſt altior: tāto ei⁹ vallis
ꝓfundior. ḡ q̄ꝫto mag̃ aliq̇s eleuat⁹ ē ſurſuꝫ
p nobilitatē ꝛ dignitatē: tāto pl⁹ pt deſcēdere
p humilitatē. ꝛ ꝯſequēter mag̃ mereri ꝛ ma
gis grat⁹ eſſe deo. iux illud Ecci.iij. q̄ꝫto ma
ior es: tāto magis te hūilia in oībꝫ ꝛ corā dō
inuenies grām. Un̄ Bern̄. in q̇dā ſermone
inq̇t. In alto nō altū ſapeſꝫ hūilibꝫ ꝯſentire
maxime v̄tutis eſt. Sꝫ beata v̄go fuit humi
litatis ꝓfundiſſime. ḡ debuit eſſe nobilitatiſ
ꝛ dignitatis excellentiſſime. Jō Aug⁹. in q̄
dam ſmone inquit. ꝙ ipa beatiſſima v̄go nū
q̄ꝫ fuiſſet ſup om̄es choros angeloꝝ exaltata
niſi fuiſſet ſup om̄es hoīes hūiliata. Quia
ḡ tāto humilitas maior eſt ꝛ magis laudat̄:
q̄ꝫto q̇s magis nobilis ꝛ magn⁹ exn̄s humi
liatur. Jō debuit dei genitrix in altū p nobi
litatē ꝛ dignitatē eleuari: vt ei⁹ humilitas ꝓ
fundior ꝛ grē capacior poſſet mag̃ ab om̄ibꝫ
laudari ꝛ a deo in celeſti gl̄ia altius ſublima
ri. ¶ Nō obſtāt mō argumēta in ꝯtrarium
Solutō ꝯtrariorum
adducta. Quia rn̄deo illud dictū apl̄i loq̄
de p̄dicatoribꝫ p̄mis p q̄s mūd⁹ erat conuer
tendus ad fidē: q̄s ꝯgruebat eſſe plebeios et
indoctos ne eoꝝ ſapiētie potētie vel dignita
ti aſcriberet̄ id qđ de⁹ p grām ſuā illoꝝ miſte
rio opabat̄. ꝛ ſic crux xp̄i euacuaret̄. Un̄ con
gruebat ꝙ nō in doctis humane ſapie v̄bis
nec in potētia dignitatis hoīes ad fidē deci
perent̄ vel cogerent̄: ſed ſimplicibꝫ ſimpliciū
v̄bis exteri⁹ diuīa v̄tute coopante interius
humiles p humiles vocarent̄. ꝛ ſic de⁹ humi
lis exaltaret̄. Et diabol⁹ q̄ p ſupbiā vicerat:
p humilitatē vinceret̄. Un̄ glo. ſup p̄fatū di
ctū apl̄i ait. niſi fideli̇r p̄cederet piſcator hu
mili̇r nō ſeq̄ret̄ orator. Sꝫ aliđ ē in btā v̄gi
ne quā dcebat filiū q̄ꝫtū poterat ꝛ ipa capax
erat exaltare nobilitare ꝛ magnificare. nec de
cuit xp̄m vt maiorē ſue hūilitat̄ indiciuꝫ de
monſtraret genitricē ſuā ignobilitat̄ vitupe
rio ſubdere. Ad legē aūt humilē ſup̄ allega
tā rn̄det̄ ꝙ impator ibi capit hūilē non ꝓ ha
bente v̄tutē humilitat̄: ſꝫ p ignobili ac infa
mi ꝛ vitupabili. vt ptꝫ ibi ī textu đū dictuꝫ
ſuū declarat ī meretrice ꝛ ſcenica. ¶ Tertio
q̄rit̄ in q̄ ꝯſiſtat nobilitas ipſi⁹ v̄ginis. ꝛ cuꝫ
I In q̄ ꝯſiſtat nobilitas marie
dicat quidā ſapiēs ꝙ nobilitas nihil aliđ ē
q̄ꝫ inueterate diuitie. ꝛ in cōi ꝓuerbio dicit̄.
ꝙ ille reputat̄ nobilis q̄ mltas hꝫ opes. Un̄
Iuuenalis ſatira p̄ma ait. Uincant diuitie
ſacro nec cedat honori. Nuper ī hāc vrbem pe
dibꝫ q̄ venerat albis. ¶ Refert q̄ꝫ Barto. in
Scđo
l.ij.in.vj.columna.C.de digni.li.xij. ꝙ qui
dam impator dicebat: ꝙ nobilitas eſt antiq̄
eris ꝛ diuitiaꝝ poſſeſſio cū pulcrī regiminibꝫ
ꝛ v̄tutibꝫ. Uidet̄ ḡ ꝙ iſtā nobilitatē non ha
buerit beata v̄go q̄ fuit paupercula ꝛ cōiunx
carpentarij ¶ Nō etiā videt̄ ꝙ nobilitas ei⁹
Tertio
ſit attēdenda circa cōplexionē corpis: quia ī
cōplexione nō extimat̄ nobilitas: vt inquit
Albertus vbi ſ̄. Nā multi reges ꝛ p̄ncipes
qui nobiles appellant̄ ſunt cōplexionis me
lancolice ꝛ flegmatice. ꝛ econtrario q̄ꝫplures
ruſtici ꝛ viles hoīes ſunt ſanguinei ꝛ coleri
ci. ꝛ conſequēter dignioris cōplexiōis corpa
lis. ¶ Nō videt̄ etiā attēdi debere nobilitas
Quarto
alicui⁹ q̄ ad aīam genitoꝝ ſuoꝝ cum ipa aīa

nõ ſit ex traduce. vt theologi ꝓbãt in.ij.diſ.
xviij. marie ſctũs Bonauẽ. ibidẽ ar.ij.q.iij.
ꝛ Alexã. de ales in.ij. pte ſumme i tractatu ꝺ
aĩa. ꝛ Tho.i.j. pte ſũme.q.xc.ar.iij. ꝛ i ſũma
ꝯ gẽtiles.li.ij.c.lxxxvj.ꝙ aĩma filij nihil acci
pit nobilitatꝭ ab aĩa pr̃is vł aliorꝫ ꝓdeceſſo/
Quinto rũ. ¶ Nõ videt̃ ꝗꝫ attẽdẽdã eſſe nobilitatez
alicui⁹ eo ꝙ ſit ex nobili ꝛ antiq̃ atqꝫ genero
ſa ꝓgenie ꝓcreat⁹. Ait em̃ Seneca ad Lu/
cillũ. ꝙ nõ fac̃ nobilitatẽ atriũ plenũ fumo/
ſis imaginibꝫ: qꝛ qꝺ an̄ nos eſt noſtrꝫ nõ eſt
Nota nõ em̃ ad noſtrã vixerũt gl̃iam. Et idẽ in li.
pulcra ꝺ tragediarꝫ inq̃t. Qui gen⁹ laudat ſuũ: alie/
nobilita na laudat. ꝛ Ouiꝺ.i.xiij. metha. canit. Naz
te genus ꝛ pauos ꝛ q̃ nõ fecim⁹ ipi. Vix ea no
ſtra voco. Et fuerũt ꝟba Vlixis in orõne cõ
tra aiacẽ p habẽdis armis Achillis. Idez ꝗꝫ
Ouiꝺ.in.j. de ponto ait. Nõ cenſus. nec cla
ruz nomẽ auorꝫ. Sꝫ ꝓbitas magnũ ingenu
umqꝫ fac̃. glo. etiã in.l.ſi q̃d bello.ff. de capti.
ꝛ poſt li.reuer. dic̃ magis eſſe meũ qꝺ p meã
ꝓbitatẽ q̃ro ꝗꝫ id qꝺ p anteceſſores. fac̃.l.iij.
ff. de inter. ꝛ rele. Et Cicero in inuectiua ꝯ ſa
luſtiũ ait. Sancti⁹ eſt me meis fulgere mori
qus ꝗꝫ maiorꝫ opione niti vt ſim meis poſte/
ris nobilitatis initiũ. Ad h̃ ꝗꝫ adduci pt il/
lud qꝺ inq̃t Cin⁹ in.l.q̃ſq̃s. C. de poſtu. dicẽſ
Sciã p/ ꝙ ſciã pfert̃ nobilitati generis. ꝛ lex. ſed ꝛ re/
fert̃ nobi probari. §. ampli⁹. ff. de execu. tu. ꝓbat ꝙ tan
litati tum nõ debet attẽdi nobilitas generis ꝗꝫtuz
nobilitas morꝫ. Ideo Iuuenalis ꝯ quendã
qui cũ eſſet vilis moribꝫ gloriabat̃ de generꝭ
ſui nobilitate exclamat libro.iij. ſatira.ij. di
cens. Stẽmata q̃d faciũt: quid ꝓdeſt ponti
ce longo Sanguine cenſeri: pictos oſtẽdere
vult⁹. Maiorꝫ ꝛ ſtantes in curribus emilia
nos. Tota licet veteres exornẽt vndiqꝫ cere
Atria: nobilitas ſola eſt atqꝫ vnica virtus.
Vſqꝫ adeo miſeruz eſt aliene incũbere fame.
Malo pater tibi ſit terſitas: dummõ tu ſis
Eacide ſilis vulcaniaqꝫ arma capeſſas. Quã
te terſite ſilez ꝓducat achilles. ¶ Nemo ꝙ de
ſanguis ſui generoſitate debet gl̃iari q̃ ex ſuiſ
nõ ꝑuenit meritꝭ: maxime cũ oẽs ab eodẽ ꝑn
cipio trahamꝰ originẽ: ꝛ ſit ꝟa ſnĩa Boecij i
iij. de ꝯſol. c.xij. dicẽs. Omẽ hominũ gen⁹ in
terris ſili ꝯſurgit ab ortu. Quid genus aut
pauos ſtrepitꝭ ſi ꝑmordia nr̃a autoreꝗꝫ deũ
ſpectes nullus degener extat: ni vicijs peiora
fouẽs ꝓpriũ deſerat ortũ. Vñ i vulgari puer
S bio dr̃. e le vilano chi fa le vilanie. ¶ Sꝫ q̃d
dicem⁹ de quibuſdã q̃ cũ ſint ignobilis gene
ris: tñ de nobilitate gloriant̃: ꝑfecto talium
vana gl̃ia poſſet tolli ſi eis diceret̃ illud Iu

uenal̃ vbi ſ. ſ. maiorꝫ ꝑm⁹ quiſq̃s fuit ille tu
orum. Aut paſtor fuit aut id qꝺ dicere nolo
Quid etiã dicem⁹ de multis q̃ cum ſint nobi
les genere: ignobiles ſe reddut vicioſa ꝯuer
ſatione: Quãto em̃ maiores alicui⁹ fuerunt
nobiliores: tãto maius eſt vituperiuz ei q̃ ab
illis deſcẽdens p viciũ ſe viliſſimũ facit. vt in
quit Saluſti⁹ in iugurtino. Vñ Claudia/
nus canit. Degenerãt hoĩes vicijs fiũtqꝫ mi
nores. Iõ cuidã romano gl̃ianti de maioruz
ſuorꝫ ꝟtutibꝫ ait q̃dã florẽtin⁹. Coteſta feza
non he di quelo bon vino. ¶ Ex p̃dictis ꝙ vi
det̃ ꝙ beate ꝟginis nobilitas nõ ſit ꝯſiderã/
da quo ad carnalẽ propagationẽ: ſed ſolum
quo ad nobilitatẽ virtuoſe vite. Om̃es em̃ Sola ꝟ
homines dici pñt nobiles dũmõ ſint ꝟtuoſi tus nobi
ꝛ tãto ſunt nobiliores ꝗꝫto ſunt ꝟtuoſiores. litat
Ait em̃ Caſſioꝺ. in ep̃lis. Hec ẽ indubitata
nobilitas q̃ moribꝫ cõprobat̃. Et Hiero. ad
Celantiã inq̃t. Vera nobilitas eſt clarũ eſſe
ꝟtutibꝫ. ꝛ in.c. venerabilis. de ꝓben. ꝛ digni.
dr̃. Nõ generꝭ ſꝫ ꝟtutũ nobilitas gratũ deo
facit ꝛ idoneũ ſeruitorẽ. Et Gualteri⁹ ꝺ Ca
ſtilione.li.j. canit. Nobilitas ſola eſt animũ
que moribꝫ ornat. Et Ouiꝺ. in li. de vetula
dicit. Nobilitas homĩs mens ꝛ deitatꝭ ima/
go. Nobilitas hoĩs virtutũ clara propago.
Nobilitas homĩs humilẽ releuare iacẽtem.
Nobilitas hoĩs mentẽ refrenare furentem.
Nobilitas hominis nature iura tenere No
bilitas hoĩs niſi turpia nulla timere. Nobi
litas hominis terrenas tẽnere dotes. Nobi
litas homĩs celeſtia carpere regna. Et Ari/
ſto.j. polit̃. c.iiij. inq̃t. ꝙ nihil aliꝺ ꝗꝫ ꝟtus et
malicia determiat liberꝫ ꝛ ſuũ. nobilẽ ꝛ igno
bilẽ. ꝛ in.c. nũqꝫ.lvj di. dr̃ ꝙ ꝟt⁹ aiam nobi/
litat ꝛ decorat. Ecõtrario ꝟo de carentibꝫ vir
tute ait q̃dam verſificator. Virtute remota
Migrat in exiliũ nobilitatis honor. Vici/
oſi em̃ nõ debẽt ad honores ꝛ dignitates pro
moueri.l.ij. C. de dig.li.xij. ¶ Pro determiati
one hui⁹ dubij dico ſm̃ Albertũ vbi ſ. ꝙ bea/ V
tiſſima ꝟgo ſm̃ oẽm modũ nobilitatꝭ ꝛ digni Maria
tatis eſſe debuit ꝛ fuit nobiliſſima ꝛ digniſſi fuit nobi
ma in ſummo. Vñ dico ꝙ ſi aliq̃ nobilitas ẽ liſſima
attẽdenda in p̃dictis: maxime fuit in ipa dei
genitrice. ¶ Si ꝙ ex diuitijs aliqua reputat̃
nobilitas ꝯtrahi: ſicut videt̃ innuere Bar. i
l. capitaliũ. §. ſerui. ff. de penis dicẽs ꝙ popu
lares diuites ꝛ honeſtiores gaudẽt ꝑuilegio
nobiliũ: ꝑfecto ipſa beata virgo fuit nobil̃ q̃
ex ditiſſimis parentibꝫ regibꝫ ꝛ ducibꝫ ori/
ginẽ traxit: vt infra patebit. Itẽ ipi⁹ pat̃ Io
achim erat diues. ꝛ ipa vnica eius filia: ſed

amore paupta[t]ꝫ omīa ſua paupib[us] erogauit
vt infra deo dante declarabitur pte q̄rta huiuſ
opis.q̇b[us] diuitijs ſuis cōpauit regnū celorū
dicēte dn̄o Mat.v. Beati paupes ſpū qm̄
ipoꝝ eſt regnū celoꝝ. Itē magi magna ſuo fi
lio munera ꝛ valde pcioſa attulerūt: q̄ om̄ia
etiā paupib[us] dedit.vn̄ in corona noſtra dicitur
Gran theſori furno dati da li magi al ſuo
fio:ma da lei diſpenſati a pouerí per amore
de dio. Qd̄ quidē fecit vt tpalib[us] diuitijs cō
temptis celeſtiū theſauroꝝ opes infinitas et
indeficiētes cumularet. De q̇b[us] Grego.in q̄
dam omel.inquit. Si ꝟe diuites eſſe cupitꝭ
veras diuitias amate. Et in hoc iſta pruden
tiſſima ꝟgo fecit more philoſophantiū q̇ vir
tutis amore pecuniā ꝯtemnūt.l.in honorib[us]
§.phis.ff.de vaca.mune.l.j.in fi. pncipij.ff.
de vari.ꝛ extra.co. Egit etiā more fortꝭ athle/
te:q̇ pugnat etiā ſine mercede.vt ait glo.i ru
brica.ꝛ in.l.j.C.de athletis.li.xij. Si ꝟo cir/
ca cōplexionē corpis attēditur nobilitas: ipſa
virgo benedicta nobiliſſima fuit q̄ ab optie
complexionatis viris ꝛ mulierib[us] ppagata
fuit. Item ipa optime complexionis ſup om
nes hoīes ꝛ mulieres q̄ vnq̄ꝫ fuerūt vl' erunt
extitit.excepto ei[us] filio dn̄o noſtro Jeſu xpo.
vt infra declarabitur ſmone.iiij. hui[us] ptis.

I ¶ Si aūt aliq̇d nobilitatꝭ dicatur contrahi ex
eo ꝙ pdeceſſores alicui[us] fuerint ſapiētes vel
aīe nobiliſſime ac prudentiſſime ꝛ intellect[us]
ſpeculatiui ꝛ hmōi.vel ꝙ fuerint de antiq̄ ac
potenti ſtirpe circa qd̄ nobilitas generꝭ attē/
ditur.l.ſi furioſi.C.de nupti.vn̄ dr̄: ſi nobil'es
lauda parētes.qd̄ pbatur in.c.nunq̄ꝫ.lvj.diſt.
nā fili[us] ſequitur dignitatē pr̄is.l.ſenator.C.de
digni.li.xij.pfecto hec oīa nobilitatꝭ īſignia
fuerunt in beata virgine.vt infra patebit.

Nobili/tas carnis ¶ Un̄ ſciendū eſt ſm Albertū vbi ſup̄ ꝙ no/
bilitas ſm carnē eſt traductio carnalis origi
nis a parētib[us] ſm ſeculū in diuitijs vl' poten
tia vel dn̄io ꝯſtitutꝭ. Ex q̇b[us] q̄ꝫtū ex pte na/
ture eſt cauſatur in filijs ſilitudo cōplexiōis ꝛ
ꝯformitas moꝝ ꝛ imitatio opatōis.hō eniꝫ
paup ꝛ ignobilis ſi diuitijs cepit affluere: i/
cipiet delicijs magis vacare.cibis delicatiori
bus ſe nutrire.ꝛ ſic complexionē nobilitare.
exercitijs honeſtiorib[us] occupari.parua dam
na min[us] curare: paruis lucrꝭ min[us] inhiare.
dona min[us] curare.alienū dn̄iū min[us] timere.
libertatē magꝭ appetere.maioꝝ ꝯſortia ꝯhe/
re ꝛ coꝝ opa ꝛ mores imitari.ꝛ ſic natura p̄/
mo ſeruil' ꝛ ignobil' victa p ꝯſuetudinē: i cō/
trariū trāſmutatur. Et q̄nto hec a remotiori ꝛ
diuturniori radice ad ramos trāſmittitur.

tāto magꝭ nature inclinatio induratur ꝛ inſe/
pabilior efficitur.vt in filijs q̄ꝫtū ex pte nature
eſt ad cōſimilia patrib[us] inueniatur inclinatio
natural'. Un̄ in cōmuni pūerbio dr̄. Sepe
ſolet fili[us] ſilis eſſe pr̄i. Et fuit originaliter di
ctū autoris libri q̇ dr̄ Pamphil[us].c.xix.l.q̇ſ/
q̇s.C.ad.l.iul'.maieſta.ꝛ i aut.de refe.§.j.col.
ij.ꝛ notatur in.c.trāſmiſſe.ex q̇ fi.ſint le.ꝛ in.c.
michael.de fili.pſ by. Et hec appellatur nobili/
tas carnis.licꝫ aūt aīa nō ſit ex traduce tn̄ ex
iſtens i carne opatur pl[us] vl' freq̄nti[us] ſm ꝙ a car
ne ampli[us] ad aliq̇d iclinatur. Hec Albert[us] vbi
ſupra. Aīa eīm ꝯiūcta corpi imitatur paſſioneſ
corporꝭ.vt inq̇t autor in li.ſex principiorꝫ
¶ Dicūt aūt aliq̇ doctores: ꝙ nobilitas iſta K
ſm carnē nō ſolū pdeſt q̇ ad gl'iam mūdi: ſꝫ
etiā multū adiuuat ad ꝟtutes aī ꝛ ad bonū
incitat q̄ꝫuis ipa ſol[us] non cogat ad bonū vel
ad malū. Un̄ inq̇t Albert[us] vbi ſ.ꝙ licet q̄n̄
quis opatur ꝯtraria nobilitati originis tanto
vicioſior ꝛ deteſtabilior ſit: quāto magꝭ agit
ꝯtra naturalem inclinationē originis.et ſic
magꝭ culpabil' eſt nobil' vicioſus q̄ꝫ ignobil'
Jō leges plerūq̄ꝫ magis puniūt nobiles q̄ꝫ Nobiles magꝭ puniuntur
ruſticos: quia ruſtici parcendū eſt.l.j.ff.ſi q̇ſ
in ius vo.nō ie.l.ſi q̇s id qd̄.§.doli.ff.de in/
riſ.om.iu. Item q̄ꝫto q̇s eſt dignior: tāto ei[us]
eſt culpa grauior. Juxta illud Juuenal'.lib.
iiij.ſatira.ij. Om̄e aī viciū tāto cōſpecti[us] i ſe
Crimē hꝫ: q̄nto maior q̇ peccat habetur.que
ſnīa etiā ponitur in.c.q̄ꝛ tua.l.di.ꝛ in.c.nul
li fas.xxv.q.j.ꝛ.c.precipue.xj.q.iij. Un̄ vbi
nobilitas originis pficitur ꝛ ornatur nobilitate
moꝝ ꝛ operꝭ vtraq̄ꝫ alteri p̄ſtat icremētū lau
dis.ꝛ ambe merito laudantur. q̄ꝛ vbi ſunt eq̄/
lia merita in duob[us] nobilitas addit gradui
l.qd̄ ſi nolit.§.q̇ mācipia.ff.de edi.edic.ꝛ po
nit Panor.in.c.cum venerabil'.de ple. Sil'r
ſcīa ꝛ virt[us] addit gradui intantū qd̄ ſcolarꝭ
ꝟtuoſus ꝛ ſapiēs pfertur in gradu doctori
ignaro.vt ait glo.in.l.j.C.de decurio.ꝛ eorū Nobili/tas ꝛ ſcia addit et laudat
fi. ¶ Eſt aūt ſciendū ꝙ licet nobilitas carnis
ſine nobilitate mentꝭ nō laudetur ſꝫ vituperetur
ecōtra ꝟo nobilitas mētꝭ ſine nobilitate car
nis tanto ampli[us] laudatur: q̄ꝫto magꝭ ppriam
vincens naturā laudabiliter opatur.vt inu
it text[us] in.c.nunq̄ꝫ.lvj.diſ.tn̄ nobilitas car/
nis eſt quaſi radix ꝛ innatū fundamentū ꝟ/
tuoſe opationis: ita vt illud hn̄s difficili[us] a
ꝟtute moueatur. Et ſi virt[us] mentꝭ forſitā tpu
erit ipa carnis nobilitas eā ad nobilia exci/
tat. ¶ Beata igitur ꝟgo Maria fuit nobiliſſi L
ma nobilitate ſanguinis ꝛ generis adeo ꝙ ex
cepto filio ſuo fuit nobili[us] indiuiduū om̄ib[us]

Quã nobil fuerit Maria

indiuiduis q̄ in hūana natura fuerūt. Nam
vt p3 Mat.j. ipa btã v̄go deſcēdit de ſemie
patriarchali.ſ.a q̄ttuordecim patriarchiſ.q̄z
p̄cipuus fuit Abraã a q̄ q̄dragesima ꝛ vna
generatōe deſcēdit. In q̄ Abraã de⁹ ppl'm pe
culiarē elegit ſibi ꝛ diſtinxit ab alijs Cui eti
am dictū fuit Geñ.xxiij.c. Princeps dei es
tu apud nos Cui facta eſt repromiſſio d̄ xp̄o
naſcituro. Geñ.xxij.c. vbi dixit ei de⁹. In ſe/
mine tuo bñdicent̄ oēs gētes. Ab hoc nobi/
liſſimo patriarcha denoīant̄ hebrei quaſi ex
Abraã geniti: vt dicūt q̄dã. q̄uis alij dicāt
q̄ denominãt̄ hebrei: q̄z ab heber deſcēderunt.
Hic fuit p̄mus q̄ ɔfeſſus eſt fidē vnius dei
inter idolatras caldeos adorātes ignē p deo
in quē iniect⁹ ab eis vt experiret̄ v̄tutē eius
illeſus exiuit. ꝛ h̄ tangit̄ Neemie.ix.c. Quia
ḡ ab hoc nobili p̄ncipe deſcēdit beatiſſima v̄/
go Maria. Iō illi d̄r Cañ.vij. Quã pulcri
greſſus tui i calciamētis filia p̄ncipis. q̄d ex
ponit glo. dicēs. Id eſt opa tua in exemplis
ſanctoꝝ q̄s imitar̄ ꝛ oēs excedis. Deſcēdit
q̄z ipa mater dei bñdicta. vt p3 i eodē primo
Matth.c. a q̄ttuordecim ducib⁹ ꝛ a q̄ttuor
decim regib⁹. Iō de illa canit eccl'ia i officio
hodierne feſtiuitat̄. Regali ex p̄genie Ma
ria exorta refulget. ¶ Itē deſcēdit ex ſemie p/
phetali maxime ex Dauid q̄ fuit eximi⁹ pro/
phetaꝝ: vt dicūt theologi i.j. ſniaꝝ.di.ij. Iō
canit eccl'ia vbi ſ̄. Natiuitas gl'ioſe v̄ginis
Marie ex ſemie Abrae: orta de tribu Iuda:
clara ex ſtirpe Dauid. Fuit etiã exorta ex ſe/
mine ſacerdotali.ſ. de tribu leui. vt declarat
Albert⁹ vbi ſupra. q̄z ſolū trib⁹ regia.ſ. iuda
ꝛ ſacerdotalis.ſ. leuitica iungebāt ſimul ma
trimonia. Vñ btã v̄go etiã deſcēdit de ſemie
Aaron ſummi ſacerdot̄: q̄z de ſtirpe eius fuit
Anna mater ei⁹. vt inq̄t Ioh. damaſcen⁹.li.
iiij. ꝛ Beda ſup Lu. Et Grego.xxij.moral'.
Beat⁹ q̄z Lucas.iij. ſui euãgelij.c. deſcribēs
nobilitatē origis ſue: genealogiã ſuam vſq3
M ad Adã ptrahit. ¶ Vñ vt pbat mgr̄ Bar/
tholome⁹ piſan⁹ in ſuo mariali. fructu.iiij.

A q̄bus Maria eſt nata

Beata v̄go orta eſt p̄mo de mult̄ patrib⁹ ve
teris teſtamēti maxime a decimonono incipi
endo ab Adã vſq3 ad thare. Scd̄o de p̄riar
chis. Tertio de p̄ncipib⁹. Quarto de iudici/
bus. Quinto de regib⁹. Sexto de ducibus.
Septio de pphis. Octauo de doctorib⁹. No
no de vir̄ ſtrenuis ꝛ fortib⁹. Decio de ſacer/
dotib⁹ ꝛ ſūmis pōtificib⁹ Vndecio d̄ ppl'i re
ctorib⁹. Duodecimo de cultorib⁹ dei: ꝛ iuſtis
parētib⁹. vt ipe ibi lati⁹ declarat. Et iō dicere
nō imerito poſſum⁹ btē v̄gini illd̄ Virgilij
in.j. enei. Que te tã leta tulerūt Secula qui
tāti talē genuere pentes? Ex ſupdictis aūt
colligit̄ q̄ xp̄s dñs nr̄ q̄ ſine mr̄e genit⁹ eſt ſm
diuinitatē. ꝛ ſine p̄re ſm humanitatē: totam
ipam hūanitatē ꝛ dignitates q̄ ad ipam ſe/
quunt̄.ſ. cognatōis ꝛ ɔſanguitat̄ ab ipa ma
tre ſua bñdicta ſuſcepit. Corp⁹ ei ei⁹ formatū
fuit ex puriſſimis ipſi⁹ v̄gis ſanguinib⁹ vir
tute ſpūſcti: vt declarāt theologi i.iij. diſt.ij.
Quia ḡ oēs nobilitates ɔceſſe hūano generi
in Adã p̄ncipaliter a deo date ſunt vt deſcen
derent p multas generatiōes. ꝛ p v̄ginē ma
trem terminarent̄ in xp̄m q̄ eſſet vltim⁹ dux
vltim⁹ rex: ꝛ vltim⁹ patriarcha populi dei. de
q̄ Apoc̄.ij. d̄r. Hec dic̄ p̄m⁹ ꝛ nouiſſim⁹. pri
mus quo ad diuinitatē ꝛ nouiſſim⁹ q̄ ad hu
manitatē. iō apparet q̄ta ſit ipi⁹ v̄gis nobi/
litas q̄ ipm dei filiū q̄ ad humanitatē nobili
tauit. Et ɔſequēter ex ei⁹ nobilitate oīs crea
tura nobilitata eſt. Quapropt̄ ipa bñdicta
v̄go pōt dicere illud Ecci.xxiiij. Ego ſic ne/
bula tegi oēm carnē.i. xp̄m. p quē oīs caro.i.
tota humana natura eſt nobilitat̄ veſte in/
duta. ¶ Capropter Ambro. in li.ij. de v̄gini/
tate ait. Quid nobili⁹ dei matre? q̄ſi dicat ni
hil in reb⁹ creat̄. Oēs em̄ p̄claritates: inge/
nuitatis dignitates ꝛ nobilitates. q̄ poſſent
eſſe in aliquo indiuiduo humano poſuit de⁹
in hac egregia puella q̄ om̄s p̄ncipes: duces
reges ꝛ imparores: ꝛ q̄ſcūq3 nobiliſſimos vi
ros ꝛ femīas nobilitate trãſcēdit. De nobili
tate aūt v̄tutis ei⁹ infra dicet̄ pte q̄rta hui⁹
opis. vbi de v̄tuoſa ei⁹ cōuerſatione tractabi
tur. p nūc aūt ſufficiat ſacre ſcp̄ture teſtimo/
niū q̄ in ei⁹ pſona Ecci.xxiiij.c. inq̄t. In me
oīs ſpes vite ꝛ v̄tut̄. Et iō ɔſideras Salo/
mon nobilitatē v̄tutū ꝛ ſanguis debere i btã
v̄gine relucere: exclamauit Sap.iiij. O q̄z
pulcra eſt caſta generatio cū claritate. Quia
ḡ btã v̄go de ſtirpe regali p̄genita eſt regiam
habuit dignitatē ſm carnē. nã filia q̄ de rega
li p̄genie naſcit̄ regal' d̄r.l.j.C. de digni.li.xij
Quia v̄o deo deſpōſata fuit q̄ eſt rex regum ꝛ
dñs dñantiū. claꝝ ē q̄ om̄es creaturas nobi
litate trãſcēdit. Nã femis clariſſimã digni/
tatem mariti tribuūt.l. femine.ff. de ſena. Fe/
mine em̄ corruſcāt radijs maritoꝝ. §. h̄ ita/
q3 in aut̄. de ɔſu. Vnigenit⁹ etiã dei fili⁹ q̄ ab
eterno decreuerat ex ea naſci ꝛ i ei⁹ vtero ha/
bitare: illã oī nobilitate decorauit ꝛ clarifica
uit. nã parentes efficiunt̄ nobiliores p filios
nobiles. vt ait glo.i.§. generalit̄.i aut̄. de di
gni. ꝛ matres dignificāt̄ dignitatib⁹ filioꝝ:
ſm Bar. in.l.j.ff. de ſena. ꝛ pbat̄ p.§. h̄ itaq3

N

Femine nobilitã tur a maritis

in auc̃. de ꝯſu. Jō de ſpa dñi mr̃e dici pt̃ iſtud Apoc̃. xxj. Claritas dei illuminauit eā. nos q̃z dicere debem⁹ illud. ij. Eſdre. viij. Bñdictus de⁹ patꝝ noſtroꝝ q̃ dedit volūtatē i cor regis .ſ. filij ſui clarificare domū ſuā .i. matrē benedictam.

¶ Pars tertia huius ſermonis que dicit̃ iocunditatis.

Iocundiſſimā fuiſſe virginis gl'ioſe natiuitatē manifeſtū eſt. Si em̄ iudeoꝝ gens gauiſa fuit dū p̱ Heſter liberata fuit. Heſter. viij. ꝛ Thobia illuminato magnū gaudiū factū eſt. Thob. xij. ꝛ Holoferne ſupato letata fuit Judith cū populo iudaico. Judith. xiiij. ſi Abraā gauiſus eſt i ortu Iſaac. Gen̄. xx. ꝛ Anna in natiuitate ſamuelis. j. Regū. ij. ꝛ parētes Johis baptiſte in eius ortu ſimul cū cognatis ꝛ amicis ſuis ſicut p̄dixerat angelus Luce. j. di. Et multi in natiuitate eius gaudebūt. Multo magꝭ in natiuitate hui⁹ virginis cui⁹ part⁹ victoriam mūdo atq̃z ſalutē attulit immēſe leticie cauſa extitit. Jō canit eccl'ia. Natiuitas tua dei genitrix ꝗ̄go gaudiū annūciauit i vniūſo mūdo ꝛc̃.

Iocūda parētib⁹

¶ Primo igit̃ natiuitas matris dei iocūda fuit ei⁹ pentib⁹. vt em̄ in ei⁹ legenda habet̃: beata virgo ex parētib⁹ honeſtiſſimis ac timētib⁹ deū exorta eſt: Joachim ſcꝫ ꝛ Anna. Joachim nāq̃z pat̃ illi⁹ ex galilea de ciuitate nazareth ſanctā Annā ex bethleē duxit vxorē. Amboq̃z iuſti erāt: ꝛ ſine rephenſione in mādatis dñi incedebāt. omneq̃z ſuaꝫ ſubam triphariē diuidebāt: vnā partē templo ꝛ templi ſeruitorib⁹ impēdebāt. aliā peregrinis ꝛ paupib⁹ erogabāt. tertiā p̄o ſuis vſib⁹ ꝛ p̱ ſua familia reſeruabāt. Et ita p̱ annos viginti plem nō habētes vouerūt domino ꝙ ſi eis ſobolē ꝯcederet eā ſeruitio ei⁹ ppetuo māciparet. Cui⁹ rei grã cū ſingul' annis in trib⁹ feſtis p̄cipuis hierl'm frequentarēt:

Hyſtoria natiuitatis Marie

In feſto enceniorꝝ cū ſuis ipe Joachim aſcēdit ꝛ cū ceterꝭ ad altare accedēs oblationem ſuā offerre voluit. quē vidēs ſacerdos cū indignatiōe nimia repulit. ꝛ ꝙ ad altare accedere p̄ſumeret increpauit: aſſerēs nō eſſe conueniens maledicto legꝭ obnoxiū oblationeꝫ dño legꝭ offerre. nec int̃ fecūdos infecūdū et q̇ populū dei n̄ auxit aſtare. Joachim ḡ ſic cōfuſum ſe vidēs: p̄ pudore domū redire noluit: ne ſilr a ꝯtribulib⁹ ſuis q̇ h̄ audierāt tātū opprobriū ſuſtineret. itaq̃z ad ſuos paſtores receſſit. Cūq̃z ibi aliq̃zdiu morā traxiſſet: q̄dam die ſoli angel⁹ cū ingēti claritate apparuit ꝛ de ei⁹ viſione turbatū ne timerꝫ admonuit dicens. Ego ſum angelus dñi miſſus ad te vt annunciē tibi p̄ces tuas exauditas: ꝛ elemoſynas tuas in ꝯſpectu dñi aſcendiſſe. Uidi em̄ pudorē tuū ꝛ audiui ſterilitatꝭ opprobriū nō recte tibi obiectū. peccati q̇pe nō nature vltor eſt de⁹. Et iō cū alicui⁹ vterum claudit ad hoc facit vt mirabili⁹ denuo aperiat. ꝛ non libidinis eſſe q̄d naſcit̃. ſꝫ diuini fore munerꝭ cognoſcat̃. Prima gētis veſtre mater Sara: nōne vſq̃z ad nonageſimū annū ſterilitatꝭ opprobriuꝫ ptulit: ꝛ tñ Iſaac cui repromiſſa erat oim̄ gentiū beatitudo generauit. Rachel etiā nōne diu ſteril' fuit: et tamē Joſeph genuit: q̇ toti⁹ egypti dñiū habuit. Quis fortior Samſone. vel ſanctior Samuele: ꝛ tñ hi ambo matres ſteriles habuerunt. Rationi igit̃ ꝛ exēplis crede dilatos diu ꝯcept⁹ ꝛ ſterilis part⁹ mirabiliores eſſe ſolere. Proinde Anna vxor tua pariet tibi filiā ꝛ vocabis nomen ei⁹ Maria. hec vt vouiſtꝭ erit ab infantia ſua dño ꝯſecrata: et adhuc ex vtero m̄ris ſue ſpū̄ſancto plena. nec forinſecus inter populares ſed i templo dñi morabit̃. Et ſicut ex ſterili m̄re ipa naſcetur. ita mirabiliter ex ea filius altiſſimi generabit̃. Cui⁹ nomē Jeſus: ꝛ p̱ eū oib⁹ gētib⁹ erit ſalus. ꝛ tibi hoc erit ſignū ꝙ hec om̄ia fient. Cum pueneris ad aureā hieroſolyme portā Annā vxorē tuā obuiā habebis: que de tua tardatione modo ſollicita tunc i tuo conſpectu gaudebit. His dictis angel⁹ ab eo diſceſſit: ipm̄q̃z leticia plenū reliquit. Anna auteꝫ cum amare fleret: quia quo vir ſu⁹ eſſet ignorabat. idē angel⁹ ſibi apparuit ꝛ eadē que viro ſuo ānūciauerat patefecit. Et vt viro ſuo ad aureā portā obuiaret ipauit. Igit̃ iuxͣ angeli p̄ceptū ambo ſibijnuicē obuiātes de mutua viſione letati ꝛ de ꝓle pmiſſa ſecuri: adorato dño domū redierūt: diuinū promiſſuꝫ hylariter expectantes Anna ḡ cōcepit ꝛ ſuo tempe filiā pepit que vocata eſt Maria. cuius natiuitate nō ſolū pater eius ꝛ mater: ſꝫ etiā tota illoꝝ cognatio fuit letabunda ꝛ miro gaudio reſpſa. Sed de hac iocunditate ꝛ ſequēti iterꝫ dicet̃ infra ſmone. iij. hui⁹ ptis pte vltima. ¶ Puto aūt hāc gratioſiſſimaꝫ puellā nō ſm̄ morē alioꝝ naſcentiū gemituꝫ emiſiſſe: ſed cum maxima iocunditate inter multa agmina angeloꝝ dulciſſima cantica decantantiū atq̃z p̱ natiuitate regine ſue exultantiū de vtero matris exiſſe. magnāq̃z leticiā cū facie ac manib⁹ demōſtraſſe: in facieꝫ his qui aderant arridēdo: circūſtanteſq̃z angelos aſpiciēdo ꝛ mirādo. ac cū eis p̱iter ex

ꝛ

ultando. Accurrebāt aūt vndiqꝫ gētes vt pu
ellā tā pulcrā tāqꝫ ſpecioſam cernere poſſent
a cuiꝰ ſacratiſſima carne miri odoꝛis fragrā
tia emanabat. eiuſqꝫ foꝛmoſiſſima facies tā
lucidi ſplēdoꝛis radios emittebat vt oēs ī
ſtupoꝛē ꝯuerteret: nulluſqꝫ vultus illius ele/
gantiā fixis valeret oculis intueri. ¶ Scḋo
natiuitas huiꝰ ſanctiſſime puelle fuit celeſti
curie iocūda. Nō ſolū em̄ illo die q̄ nata eſt
facta fuit in celo ſpecialis ſupernoꝝ ciuium
exultatio. ſed etiā oī anno in hac die parti
culari feſtiuitate recolit̄ memoꝛia natiuitatꝫ
eius. Vn̄ vt refert Joh. beleth. Poſtqꝫ ꝟgo
glͥoſa in celū aſſumpta fuit: dies natiuitatꝫ
eius aliquāto tpe fideles latuit. Cōtigit aūt
ꝙ quidā vir ſanctꝰ ſedule ꝯtēplatiōi inſiſtēs
ſingulis annis ſexto idꝰ ſeptēbꝛis ī oꝛatōe po
ſitus iocundiſſimā angeloꝝ feſtiuitatē audi
ret in celo. Qui cū deū deuotiſſime deprecaret̄
vt ſibi reuelaret cur q̄libet anno illa tm̄ die ꝛ
nō alia hoc audiret: diuinū accepit reſpon/
ſum ꝙ virgo glͥoſa dei genitrix Maria tali
die mō fuiſſet nata. ꝛ pceptū fuit illi vt hoc
fidelibꝫ xp̄ianis manifeſtaret vt cōcoꝛdes fi/
erent in hac celebꝛitate celeſti curie Cum q̄ h̄
ſummo pontifici ꝛ alijs intimaſſet: hūc diez
in honoꝛē natiuitatis ipſiꝰ ꝟginis celebꝛan
dum vniūſaliter ſtatuere. ¶ Tertio ꝛ princi
palius gauiſa eſt btiſſima trinitas de ꝟginis
huiꝰ natiuitate. Gauiſus eſt em̄ deus pater
de nobiliſſime ac iocūdiſſime ſpōſe ſue oꝛtu.
Gauiſus eſt filiꝰ dei de matris ſue dilectiſſi/
me natiuitate. Gauiſus eſt ſpūſſctūs puel/
lam illā modo editā q̄ dignū ſibi eſſet habi/
taculū: ꝛ que ſua ſancta obūbꝛatōe fecūdata
illū a quo ip̄e ꝓcedit vnigenitū dei filiū par
turiret. ¶ Quarto gauiſi ſunt ſancti patres
qui erāt in limbo q̄ vt inq̄t mgr̄ Bartholo/
meꝰ piſanꝰ ī li. btē ꝟgis. fructu. x. cognouerūt
ab angelͥ natiuitatē ipſiꝰ ꝟgis. tū q꞉ deſcen/
ſus erat angeloꝝ ad ip̄os deferēdo aīmas iu
ſtoꝝ in eodē loco. tū q꞉ cū eſſent ī ſtatu grē ꝛ
ꝯcines eoꝝ futuri ad eos viſitādos ꝛ ꝯſolā/
dos deſcendebāt. Inſuꝑ q꞉ illā naſcituraꝫ fi/
guris ꝛ ꝓphetijs p̄dixerāt ipſi ſancti patres
ꝛ de oꝛtu xp̄i in generali ꝛ ſpeciali quo ad tē/
pus fuerāt certificati. vt patꝫ de Abꝛaā de q̄
inq̄t dn̄s Joh. viij. Abꝛaā pr̄ veſter exulta/
uit vt videret diē meū: vidit ꝛ gauiſus eſt. ꝛ
Jacob Gen̄. xlix. de ip̄o p̄dixit. ꝛ Daniel. ix.
c. ſui libꝛi de tpe eiꝰ ꝓphetauit. nō eſt putan/
dum tale lumē poſt moꝛtē ab eis eſſe amotū
cū aīa extra a coꝛpe recoꝛdet̄ eoꝝ que ī coꝛpe
geſſit. q꞉ in pte intellectiua eſt memoꝛia. vt
patꝫ p doc. in. j. ſen. di. iij. vn̄ diuiti dictū fu
it ad Abꝛaā. recoꝛdare fili ꝛc. Lu. xvj. ca. Et
ꝙ recoꝛdet̄ affirmat Augꝰ. ix. ꝯfeſſionum. et
Grego. iiij. moꝛalͥ. ꝛ Theo. in. iiij. diſt. xliij.
ꝛ. xlv. Cognoſcētes q̄ ſancti p̄res nō ſolū ſpi
ritu ꝓphetico ꝛ reuelatiōe: ſꝫ etiā aliq̄ inſoli
ta illuſtratōe oꝛtū ꝟgis bn̄dicte. grās īmen/
ſas ꝛ laudes deo dederūt cernētes adimplen
das eoꝝ ꝓphetias ꝛ figuras in pte ꝛ ī bꝛeui
expectātes ī totū cōplēdas. vn̄ letabant̄ et io/
cundabant̄ atqꝫ tripudiū magnū faciebant
ꝛ deū de tāto bn̄ficio bn̄dicētes pulchꝝ canti/
cum cecinerūt: ſicut Zacharias fecit in oꝛtu
Johīs. Luc. j. ꝛ Anna in oꝛtu Samuelͥ. j.
Regū. ij. exultabat. Adā vidēdo lignū vite.
ſcꝫ Mariam diſponi ad fructū ꝓducēdum
vite eterne in medio paradiſi. Gen̄. ij. Eua
letabat̄ erūnā ſuā aboleri ꝛ maledictionez a
Maria remoueri. de q̄ Gen̄. iij. habet̄ ꝛ loco
maledictiōis bn̄dictōem ꝯferri. Gaudebat
Noe cernēs archā cōponi ad genꝰ humanū
liberandū. Gen̄. vij. ꝛ arcū ī nube poni ad fe/
dus ꝑpetuū ſtabiliendū. Gen̄. ix. Jubilabat
Abꝛaā ꝓmiſſum ſuū impleri. Gen̄. xxij. Ja/
cob ſcalā ad celū ptingētē erigi. Gen̄. xxviij.
Sicqꝫ oēs alij indicibili leticia gratulabāt̄.
¶ Quapropter ꝛ nos debemꝰ in hac die exul/
tare ꝛ letari ſic̄ admonet ſancta mat̄ eccleſia
que in officio huiꝰ diei canit dicēs. Cū iocū
ditate natiuitatē ꝟgis Marie celebꝛemus
vt ip̄a ꝓ nobis intercedat ad dn̄m Jeſū xp̄m
Et iterꝫ. Coꝛde ꝛ aīo xp̄o canamꝰ glͥaꝫ ī hac
ſacra ſolēnitate pcelſe genitricis dei Marie
Ip̄a em̄ eſt feneſtra celi ꝑ quaꝫ deꝰ oculo ſuo
miſericoꝛdie nos reſpicit. Vn̄ canit̄ ī officio
eiuſdē ꝟgis. Intrēt vt aſtra flebiles celi fene
ſtra facta es. Et Can̄. ij. dr̄. En ip̄e ſtat poſt
parietē noſtrū. i. poſt naturā humanā. reſpi/
ciēs ꝑ feneſtrā. ſ. matrē ſuaꝫ. Dicere aūt pōt
ꝟgo bn̄dicta q̄ eſt oſtiaria pādiſi illud Joh.
x. Ego ſum oſtiū ꝑ me ſi q̇s introierit ſalua/
bitur. Jō o pctōꝛes a patria celeſti exules in/
trate ꝑ poꝛtā iſtā. Ite o infirmi ad medicuꝫ.
Accedite o oꝛphani ad parentē. ꝑgite o ceci
ad lumē. Pꝛopate o afflicti ad cōſolatiōem
Ambulate o ꝟgines poſt ſpeculuꝫ pudicicie.
Feſtinate o matres ad matrem dei. Currite
o vidue ad nutricē veri ſponſi. Proficiſcimi
ni o paupes ad theſaurarricē bonoꝝ celeſtiū
Egredimini o incarcerati ꝑ ianuā pfecte li/
bertatis Noſqꝫ oēs ī hac miſeriaꝝ valle la
boꝛātes: rogemꝰ eā cū btō Auguſtino in ſer/
mone hodierno dicentes. Sancta Maria
ſuccurre miſerꝫ: iuua puſillanimeſ: refoue fle



P Jocūda celeſti curie

Q Jocūda toti trinitati

R Jocūda patribꝫ ī limbo

S Ꝺ cuiuſ pctōꝛ recoꝛdabit̄

T Jucūda ergo ſit nobis

biles: ora p ppl'o: interueni ꝓ clero: intercede
ꝓ deuoto femineo ſexu: ſentiant oēs tuū iuua/
mē qcūq₃ celebrāt tuā ſctā₃ natiuitatē. Aſſi/
ſte parata votꝫ poſcētiū. ꝛ repēde oībꝫ opta/
tū effectū. Sit tibi ſtudiū aſſidue orare pro
ppl'o dei q meruiſti bñdicta pciū ꝓferre mun
di. Qui viuit ꝛ regnat i ſecula ſecl'oꝝ Amen

¶ De eadem ſanctiſſima ꝟginis natiuita
te Sermo ſecundus.

v Virgā vigilā/
tem ego video. Hiere. j. Vir/
Maria dr̄ virga — ga dr̄ btā ꝟgo Maria. Prio
aurea q̄ ſignificat ꝑ virgā₃ au
ream. de qua dr̄ Heſter. v. extēdit rex ɔtra re
ginam virgā aureā quā tenebat i manu. Cū
eñ rex ille nomine Aſſuer⁹ eſſet iratus: extē/
ſio illius virge ipm placauit. ꝛ reginam He
ſter in palaciū introduxit ꝛ omnia iperrauit
Ipſa quippe ꝟgo beata deū iratū placat. qa
eſt noſtra aduocata. Cu₃ eñ deus pcutit cor
pctōris. ꝟga aurea. i. deuotiōe ꝟginis ſtatim
placat. ꝛ illi eternā penā remittit. ꝛ iō poſſu/
mus dicere deo illud Prouer. xxiij. Si pcuſ
ſeris eū ꝟga nō moriet. Tu ꝟga pcutis eū ꝛ
animā ei⁹ ab inferno liberabis. Hec ibi. Et
Iſa. xj. dr̄ de xp̄o. pcutiet terrā. i. terrena cor/
da. virga oris ſui. i. deuote ꝟgis q̄ ex ore altiſ
ſimi pdijſſe ꝑmogenita dr̄. Ecci. xxiiij. Sic
eñ priores ſolebāt virga pcutere ſeruos ſup
capita qñ volebāt eis dare libertatē ſuando
modū quē refert glo. in. §. multis. in ꝟbo vin
dicta. Inſti. de libertinis. ꝑ legē ſcdā₃. C. ſi ad
uer. liber. Sic ꝛ xp̄s cū nos pcutit ꝟga. i. de/
uotione ꝟginali nos facit liberos a ſeruitute
diaboli. Hec quoq₃ btā ꝟgo figurata ꝑ ꝟgā
aureā in palaciū celeſte nos introducit. q₂ ē
ianua paradiſi. Vñ canit eccl'ia i officio bea/
te ꝟgis. Tu regis alti ianua ꝛ porta lucꝫ ful/
gida. Dia etiā nobis ipetrat iſta ꝟga aurea
q₂ eſt mater dei venerāda. Dicit eñ ei filius
ei⁹ illō. iij. Re. ij. Pete mr̄ mi: neq₃ eñ fas ē
X vt auertā faciē meā a te. ¶ Scd̄o btā virgo
Virga aromatica — appellat ꝟga aromatica. de q̄ dr̄ Cantic. iij.
Que eſt iſta q̄ aſcēdit ꝑ deſertū ſic ꝟgula fu/
mi ex aromatibꝫ mirre ꝛ thuris ꝛ vniūſi pul
ueris pigmētarij. Ipa q̄ppe fuit ꝟgula ppt̄
humilitatē: ꝛ fuit ꝟgula fumi. q₂ cōcremata
fuit ꝑ charitatē. ꝛ dr̄ ex aromatibꝫ mirre. q₂
fugauit diabolicas tētatiōes. Et thurꝫ. q₂ re
ſtringit fluidas cogitatōes. ꝛ vniuerſi pulue
ris pigmētarij. q₂ i ſe habuit oēs grās ꝛ ꝟtu
Y tes. ¶ Tertio dr̄ ꝟga decora: de q̄ Zach. v. ait
ꝓpheta. Aſſumpſi mihi duas ꝟgas. vnā vo — Virga decora
caui decorā: aliā funiculū. ꝟga q̄ vocat funi/
culus fuit Eua: q̄ nos ɔſtrinxit vincul' pctō
rum. ꝟga ꝟo q̄ vocat decora ē ꝟgo Maria.
Tūc eñ ꝟga eſt decora qñ eſt floribꝫ: folijs et
fructibꝫ bñ ornata. Btā igit virgo habuit
flores. i. redolētes cogitatōnes q̄ ad deū. Vñ
Ecci. xxiiij. c. ipa inq̄t. Flores mei fruct⁹ ho/
noris ꝛ honeſtatꝫ. Habuit etiā folia. i. ꝟba
ſanatiua q̄ ad primū. de q̄bꝫ Ezech. xlvij. fo
lia ei⁹ ad medicinā. Et Apoc. xxij. Folia li/
gni ad ſanitatē gentiū. Habuit q₃ fruct⁹. i.
opa pura ꝛ mūda q̄ ad ſeipm. de q̄bꝫ Prou.
iij. dicit. Primi ꝛ puriſſimi fructus eius.
¶ Quarto appellat btā dei genitrix ꝟga vigi — Z
lans a Hiere. ꝓpha in ꝟbis ꝓpoſitis. Ipſa — Virga
ei vigilat ſup deuotos ſuos vt cuſtodiat eos — vigilās
Vñ ipa dic illud Can. v. Ego dormio ꝛ cor
meū vigilat. Et iō etiā nos debem⁹ vigilan/
tes eſſe ꝛ feruidi i deuotōe ei⁹. Nā ſi imparor
noctes ducit inſomnes ꝛ noctibꝫ vtit ſub eq̄
litate dieꝝ ꝓ ſubditoꝝ q̄ete. vt i aut. vt iudi.
ſine quoq̄ ſuffra. in pn̄. coll'. ij. ꝛ idē fac papa
vt in ꝓhemio ſexti. mlt'omagis nos vigilare
oportet circa ꝟgis deuotionē. Vigilātibꝫ eñ
ꝛ nō dormiētibꝫ iura ſubueniūt. l. pupillus.
in fi. ff. de his q̄ in frau. cre. l. in ſumma. ff. de
pecu. ꝛ in ꝓhemio inſtitutionū. Item in ma
ne ꝛ poſt ſomnū reperit ꝑfecte meditationis
ſtudiū. vt inq̄t gloſa in ſil'i. ꝛ. l. vnica. C. de
iuſti. codi. ɔfirmā. in verbo indefeſſo. ꝛ ideo
ad hoc nos hortando ipſa benedicta virgo i
quit Prou. viij. Ego diligentes me diligo
ꝛ q̄ mane vigilauerint ad me inuenient me. be
atus q̄ audit me ꝛ q̄ vigilat ad foreſ meas q̄t
tidie. q me inuenerit inueniet vitā: ꝛ hauri/
et ſalutē a dño. ꝛ Ecci. iiij. c. dr̄. Qui illā di
ligit: diligit vitā. ꝛ q̄ vigilauerint ad illā: cō
plecten placorē ei⁹. q̄ tenuerint illā: vitā he/
reditabūt: ꝛ q̄ ſeruiēt ei: obſequētes erūt ſan
cto. ꝛ eos q̄ diligūt illā diligit de⁹. De cuius
virginis natiuitate iteꝝ tres conſideratōes
faciemus.

Prima dicet deſcriptionis
Secūda contrariatiōis
Tertia ꝟo appellabit expoſitōis

¶ Pars ꝑma h⁹ ſmonis q̄ dr̄ deſcriptōis. — A
q Uia vt ſupdictū eſt Matthe⁹ ꝑmo — Vtꝝ ge
ſui euangelij. c. ꝛ Luce. iij. ſcripſit ge — nealogia
nealogiam xp̄i. ꝛ ꝑ ɔſequēs etiā bea/ — Marie
te virginis: queri poteſt vtrū ɔgrue et bene — ſit bñ de/
deſcribi potuit? Et ꝑmo videt q̄ nō. q₂ Iſa. — ſcripta
liij. dicit. Generatiōem ei⁹ quis enarrabit?
quaſi dicat nullus. Inſup vt ex Joſephi di

etis colligim⁹ in. vij. li. antiq̄tatū. ⁊ Beda
etiā idē refert in ſua cronica. Cū om̄es gene/
rationes hebreoꝝ i archiuis tēpli ſecretiori/
bus ſeruarent: Herodes alienigena omnes
iuſſit incēdi vt ſic ſua ignobilitas iudeis mi
nus ↄtemptibilis eſſet. Quō igit̄ Matthe
us elapſis annis iā ferme quadraginta a ↄ/
letione libroꝝ hmōi euāgeliū ſcribēs potuit
hāc genealogiā agnoſcere. ¶ Ad p̄mū obie/
ctū rn̄det Hiero. ſup Mat. dicēs. In Iſaia
legim⁹: generationem ei⁹ q̄s enarrabit. nō ḡ
putem⁹ euāgeliſtā ꝓphe eſſe ↄtriū: vt qđ ille
impoſſibile dixit affatu: hic enarrare icipiat
q2 ibi đ generatiōe diuinitatis: h̄ de incarna
tionis eſt dictū. Hec ille. Uerūtn̄ ↄ iſtā rn̄ſi
onē plerīqꝫ inducūt ſniam Leonis pape i ſer
mone de natiuitate xp̄i: vbi ait. In dn̄o nr̄o
Jeſu xp̄o nō ſolū ad diuinā ſꝫ etiā ad huma
nā ſpectat naturā. qđ dictū eſt ꝑ ꝓphetā: ge/
nerationē ei⁹ q̄s enarrabit. Igit̄ nec genera/
tio tp̄alis xp̄i ſm̄ carnē eſt explicabil̄. Ad qđ
rn̄det ex doctrina bt̄i Thome i. iij. p̄te ſū. q.
xxxj. ꝙ v̄ba iſta itelligūt de mō incarnatiōis
q̄ ineffabilis eſt. qđ ex v̄bis ſeq̄ntib9 ipi⁹ Le
onis pape ↄcludit. Inq̄t naq̄ꝫ. Utraqꝫ em̄
naturā in vnā ↄueniſſe pſonā niſi fides cre/
dat ſmo nō explicat ¶ Ad aliud v̄o qđ obie
ctū eſt de cōbuſtione librorū in q̄b9 deſcripta
erat origo nobilis iudeoꝝ. Rn̄det Nicola⁹
de lyra ſup Mat. ꝙ Matthe⁹ habuit ꝑ reue
lationē qđ nō habuit ꝑ ſcp̄turā. Un̄ apl̄i et
euāgeliſte nō min⁹ fuerūt illumiati. imo ma/
gis de myſterijs xp̄i q̄ꝫ patriarche ⁊ antiq̄ ꝓ/
phete. Quidā tn̄ dicūt ꝙ nō oēs illi libri cō/
buſti fuerūt: cū ⁊ domi ↄſeruarent̄ a multis
Alij q̄ꝫ memorie mādauerāt q̄ de hmōi nobi
litate didicerāt a pauis. Nā Eſdras ſcriba
vt refert Iſid. in li. vj. ethimol. incenſam le/
gē a chaldeis: dū iudei regreſſi fuiſſent i hie
ruſalē diuio afflat⁹ ſpū ſcto repauit cūcta re/
gis ⁊ ꝓpheta volumia q̄ fuerāt a gētib9 cor
rupta correxit. Quāto mag̃ xp̄i generatiōꝫ
retexere potuerūt Matt. ⁊ Luc. q̄ ſpm̄ ſcm̄
cū alijs apl̄is in linguis igneis deſcendētem
acceperunt.

¶ Pars ſcđa h⁹ ſmonis q̄ đ ↄtrariatōis

B Contra hāc deſcriptōꝫ natiuitatꝭ xp̄i
⁊ beate v̄gis pt̄ opponi dupl̄r p̄maꝫ
oppoſitionē ⁊ ↄtrariatōꝫ refert ⁊ ſol
uit Hiero. ſup Mat. dicens. Querat dili/
gens lector ⁊ dicat. cū Joſeph non ſit pr̄ dn̄i
ſaluatoris q̄d ptinet ad dn̄m ordo deductꝰ
vſqꝫ ad Joſeph: Cui rn̄debim⁹ p̄mū nō eſſe
ↄſuetudinis ſcp̄turaꝝ vt mulieꝝ i generati/
onib9 ordo texat̄. Deinde ex vna tribu fuiſſe
Joſeph ⁊ Mariam. Un̄ ⁊ ex lege eā accipe
cogebat̄ vt ꝓpinquā. Hec ille. Mulier em̄
nō poterat nubere cū viro alteri⁹ trib9 q̄n ad
ipam ptinebat hereditas paterna. vt patet
Num. xxxvj. Btā aūt v̄go Maria fuit vni
ca Joachim patri ſuo. ⁊ iō cogebat̄ ex lege vi
ro ſue trib9 nubere. Et ꝓpt̄ h̄ etiā iuit cū Jo
ſeph i bethleē in ciuitatē Dauid vt ꝓfiteret̄
cū eo. vt ſcribit̄ Lu. ij. c. Et iō Hiero. vbi ſ.
hoc ↄfirmās addit. ꝓpt̄ h̄ ſil̄ cenſent̄ i bethleē
vt de vna videlicꝫ ſtirpe generati. iō oēs ſil̄
oportebat ipialē cēſuꝫ ꝓfiteri i bethleē ciuita
te eoꝝ. Hec ille et idē Damaſcen⁹ inq̄t dicēſ
Joſeph em̄ iuſt⁹ exn̄s ⁊ ex Dauid ſtirpe de/
ſcēdens nō deſpōſaſſet beatā v̄ginē niſi fuiſſꝫ
de tribū iuda ⁊ de familia Dauid. ¶ Si aūt
q̄rat̄ q̄re vt dic̄ Hiero. ⁊ Damaſ. ſacra ſcri/
ptura nō ↄſueuit genealogizare mulieres ſic̄
viros: Rn̄det Albert⁹ magn⁹ i li. ſup miſſuſ
eſt: ꝙ ꝓpt̄ plures cauſas. P̄rio q2 ſex⁹ femine
us eſt indignior: ⁊ viril̄ dignior. l. j. ff. de ſe/
na. ⁊ h̄ eſt ꝓpt̄ p̄ncipalitatē generādi. q2 vi/
rilis generat in feminco. Scđa q2 ſex⁹ femīe
eſt natura poſterior. p̄us em̄ formať ē Adaꝫ
poſtea Eua. ⁊ ipa de coſta ei⁹. ⁊ iō q̄ p̄or ē tp̄e
potior eſt i iure. l. potior. ff. q̄ potiores i pigno
ri. habeant̄. l. diuiſis tp̄ib9. C. eo. ti. ⁊ l. q̄tiens
ff. de vſufruc. Tercia cauſa eſt. q2 culpa prior
fuit in femina q̄ꝫ in maſculo. vir em̄ cecidit ꝑ
feminā: ⁊ nō femina ꝑ virū. c. Adam. xxxiij.
q. v. ¶ Quarta quia mulier eſt infirmior: et
ad opera infirmitatiſ ⁊ fragilitatis ꝓcliuior
Eſt em̄ ſexus femine debilioris rōnis ⁊ v̄tu/
tis corpalis q̄ꝫ virilis. ⁊ iſta notant̄ in. l. ſi fu
erit. §. fi. ⁊ in. l. q̄ duos. §. ſi marit⁹. vbi glo.
ff. de rebus du. ⁊ l. qui teſtamento. §. mulier.
vbi gloſa ait ꝙ mulier eſt fragilis ⁊ corrupti
bilis. ff. de teſta. Et ꝙ mulier ſit indignior et
infirmior viro eſt textus in. l. in multis. cum
glo. ibi. ff. de ſta. ho. ⁊ in. l. femine. cum glo. ff
de reg. iur. Et propter iſtas cauſas mulier eſt
ſubdita viro ⁊ inferior eo. c. Adam. ⁊ c. mu/
lierem. ⁊ c. mulier. xxxiij. q. v. Itēꝫ mulier nu
pta efficitur de familia ⁊ domicilio viri. l. fi.
§. item reſcripſerunt. ff. ad muni. Item dici
tur eſſe in poteſtate viri. vt ait glo. in. §. fi. in
ſti. ad ſena. cō. tertu. Itē mulier debet defen
di a viro ⁊ nō vir a muliere. ⁊ h̄ ꝓpt̄ fragili/
tatē ⁊ debilitatē. §. contra aūt. Inſti. de iniu/
rijs. Ideo apl̄s. j. ad Thim. ij. inq̄t. Muli
er cū ſilentio diſcat cum om̄i ſubiectione. do/
cere aūt mulieri nō ꝑmitto neqꝫ dn̄ari in vi/
rum. ſed eſſe in ſilentio. quia autē beata vir/

Quare nō genealogizatur ꝑ feminas

Mulier eſt debilior viro

go exempta fuit ab om̃i defectu ⁊ maledictio
ne muliebri. iõ ip̃a genealogiat̃. ſꝫ ꝑ ſpõſum
ſuũ ei⁹ genealogia deſcribit̃: ad demõſtratõꝫ
dignitatꝭ ⁊ eminẽtie ei⁹: ⁊ ꝓfunde hũilitatꝭ.
vt ait Albert⁹ vbi ſup̃. Dignitas em̃ ei⁹ decla
rat̃ dũ ip̃a ſola int̃ oẽs femias ĩ ſacra ſcriptu
ra genealogiat̃. dicit̃ em̃ ꝙ om̃e ſingulare et
raꝝ p̃cioſum eſt. §. q̃ꝫ tacũqꝫ. vbi glo. etiã no
tat in aut̃. de ꝯſu. coll'. iiij humilitas ṽo eius
oñdit̃ dũ ꝑ aliũ ei⁹ genealogia demonſtrat̃.

¶ Secũda ꝯtrarietas eſt in hac deſcriptione.
Nam Matthe⁹ dicit ꝙ Jacob genuit Jo
ſeph viꝝ Marie. Lucas aũt dicit Joſeph
fuiſſe filiũ Heli. Clez q: ꝓmptũ eſt iura in
rib⁹ ꝯcordare. l. j. C. de inoffi. do. ⁊ §. fi. ĩ au
ten. de exhi. re. Jtẽ q: in iure vna ꝯcordia at
qꝫ ꝯſonãtia ẽ aduerſario nemĩe ꝯſtituto. l. j.
§. nulla itaqꝫ. C. de vete. iu. enucle. ⁊ §. q̃b⁹. ĩ
p̃ma ꝯſti. co. ⁊ nullũ in iure ꝯtrariũ reperit̃.
ſi q̃s diuerſitatis rõnes ſubtili aio excutiet.
ſꝫ eſt aliq̃d noui inuentũ vl' occulte poſitum
q̃d diſſonãtie q̃relã diſſoluit ⁊ aliã naturã ĩ
ducit diſcordie fines effugientẽ. l. ij. §. ꝯriũ.
C. de vete. iu. enu. Jõ huic ꝯtrarietati r̃ndet
Aug⁹. in li. de ꝯſenſu euangeliſtarũ dicens.
Tres cauſe occurrũt q̃ꝝ aliquã euãgeliſta ſe
cut⁹ eſt. Un⁹ em̃ euãgeliſta p̃rem Joſeph a q̃
genit⁹ eſt noiauit. Alter ṽo vel auũ maternũ
vel aliquẽ de cognatis maiorib⁹ poſuit. Aut
vn⁹ erat Joſeph natural' pater. Alter ṽo eũ
adoptauerat in filiũ. Aut more iudeoꝝ cũ ſi
ne filijs vn⁹ deceſſiſſet: ei⁹ vxorẽ ꝓpinqu⁹ ac
cipiens filiũ quẽ genuit ꝓpinquo mortuo de
putauit. Hec ille. Et hec cã vltia eſt verior
ſm beatũ Thomam ĩ. iij. p̃te ſum. q. xxxj. Et
Hiero. ſup Mat. hãc cãm aſſignãs dicſu
per illa ṽba. Jacob aũt genuit Joſeph. h̃ lo
co obijcit nobis Julian⁹ auguſt⁹ diſſonãtiã
euãgeliſtaꝝ. Cur euãgeliſta Matthe⁹ Jo
ſeph filiũ dixerit Jacob. ⁊ Lucas eũ filium
appellauerit Heli: nõ itelligẽs ꝯſuetudinẽ
ſc̃pturaꝝ ꝙ alter ſm naturã alter ſm legeꝫ ei
pater ſit. ſcim⁹ em̃ h̃ ꝑ Moyſen dño iubẽte p̃
ceptũ vt ſi frat̃ aut ꝓpinqu⁹ abſqꝫ liberꝭ mor
tu⁹ fuerit ali⁹ ei⁹ accipiat vxorẽ ad ſuſcitan
dum ſemẽ fratrꝭ vel ꝓpinq̃ ſui. Sup h̃ Af
frican⁹ tp̃m ſcriptor: ⁊ Euſebi⁹ ceſarieñſis ĩ li
bris diaphoniaꝝ euãgelioꝝ pleni⁹ diſputa
rũt. Hec ille. Dicit ḡ Affrican⁹ ⁊ Euſebius
ceſarieñſis in eccl'iaſtica hyſtoria ꝙ Mathan
⁊ Mathath deſcẽderũt a Dauid. ſed diuer
ſimode. nã Mathan deſcẽdit ꝑ lineã Salo
monis. vt deſcribit Matth. Mathath ṽo
ꝑ lineã Nathan q̃ fuit etiã ip̃e fili⁹ Dauid.

vt deſcribit Luc. Jſti aũt duo diuerſis tp̃ib⁹
ſucceſſiue de vna eadẽqꝫ vxore Eſta nomiñe
filios ꝓcrearũt. de Mathan nat⁹ eſt Jacob
vt dicit Matthe⁹. de Mathath aũt Heli.
vt inq̃t Lu. Heli ḡ ⁊ Jacob fuerũt frẽs vte
rini a diũſis patrib⁹ geniti. Heli ãt accepta
vxore mortu⁹ eſt ſine ſemine. ⁊ iõ Jacob fra
ter eius accepit vxorẽ fratris ſui vt ei ſuſcita
ret ſemẽ ſicut p̃ceptũ erat a dño ꝑ Moyſen
Deut̃. xxv. Ex q̃ vxore genuit Joſeph. ita ꝙ
Joſeph fuit fili⁹ naturalis ipſi⁹ Jacob. ⁊ ſic
accepit eũ in genealogia Matthe⁹ ⁊ fuit le
galis fili⁹ Leui. ⁊ ſic accepit eũ Lucas. nã fi
li⁹ q̃ mõ p̃dicto naſcebat̃ ſm naturã erat fili
us generãtis. ſm aũt legẽ erat fili⁹ defuncti.
Et h̃ etiã dic̃ Damaſcen⁹ li. iiij. c. vj. Qua
re nõ eſt mirãdũ ſi alit̃ xp̃i genealogiam ſcri
bit Matthe⁹ q̃ꝫ Lucas cũ vterqꝫ ꝓferat ve
ritatẽ. nã ⁊ ſi mlt̃a noĩa vl' alia dicat Lucas
q̃ tacet Matthe⁹. illõ eſt ſm Aug. vbi ſup̃.
q: Matthe⁹ in xp̃o regiã inſtituerat inſinu
are ꝑſonã. Lucas aũt ſacerdotalem. Quare
Matt. explicat illos q̃ regia corona fuerũt
decorati. Lucas aũt illos q̃b⁹ dignitas ſacer
dotalis fuit conceſſa Matthe⁹ poſuit carna
les patres. Lucas ṽo ſp̃ũales. Matthe⁹ de
ſcribit genealogiã xp̃i deſcẽdendo ab Abraã
⁊ Dauid vſqꝫ ad Joſeph. Ex eo ꝙ declarare
intendebat aſſumptionẽ n̄re humanitatꝭ a
deo. Lucas aũt ꝓgreſſus eſt aſcẽdendo a Jo
ſeph vſqꝫ ad deũ. q: deſcribit redemptionem
n̄ram in deũ que fit ꝑ grãm adoptõis. ⁊ ſic di
ſtingue tp̃a cauſas ⁊ ꝑſonaſ ⁊ ꝯcordabis ſcri
pturaſ. c. nõ debet. de ꝯſan. ⁊ affi. c. fi. de trãſla.
c. ſup eo. de homi. ⁊ l. apõ antiquos. vbi glo.
C. de furtis. ¶ Si aũt querat̃ cũ om̃es aſcen
dentes alicuius appellentur parentes eius.
vt dicitur in. l. liberoꝝ. ff. õ verbo. ſig. ⁊ l. q̃qꝫ
litigandi. ff. de in ius vo. vt etiam inq̃t Hie
ronym⁹ ſup Danie. multiqꝫ fuerint patriar
che ⁊ reges a q̃b⁹ deſcẽdit xp̃s. Quare tm̃ fi
lius Dauid ⁊ Abraã nuncupat̃? reſpondet
Hiero. ſup Matth. dicẽs. Jdeo aũt ceteris
p̃termiſſis hoꝝ filiũ nuncupauit q: ad hos
tm̃ facta eſt de chriſto repromiſſio. ad Abraã
inquit. Jn ſemine tuo benedicentur omnes
gentes ad Dauid. De fructu ventris tui po
nam ſuper ſedẽ meaꝫ. Hec ille. Dauid ergo
fuit principalior inter reges ⁊ Abraã inter
patriarchas. Et ideo q: a priori ⁊ digniori
debet fieri denoiatio. §. ſi quotiẽs. ĩ ſucto. §. fi.
Jnſti. de iure na. gen. ⁊ ci. denoiatus fuit fili
us Abraã. q: prior fuit in ordine patriarcha
rum. facit. l. quotiẽs. ff. de vſufruc. Jtẽ quia

Concordia iurium

De genealogia Chriſti ⁊ Marie

Quare xp̃s fili⁹ Dauid ⁊ Abraaꝫ dicitur

erat antiq̄or. ar. in .l. ſemp. ff. de iure imu. filiꝰ
q̄z Dauid appellat̃. q2 ceter̃ fuit dignior et
ſanctior. ar. i. d. §. ſz q̄rtēs. ꝓponit̃ q̄z Dauid
ipi Abrae. licet fuerit tpe poſterior ppt̃ emi/
nentiā regie dignitat̃. Nō em̄ eſt abſurdū
iuniores ſeniorib9 anferri i ꝓſulatu ⁊ digni/
tatib9 ob eoꝝ ꝟtutes. §. ordinatiōe. in aut̃. de
mona. coll̃. j. ⁊ ibi glo. in ꝟbo tempꝰ. ⁊ glo. i
l. j. C. de decu. li. x. facit glo. in. l. gallus. ff. de li
be. ⁊ poſt. in princi. ibi. quanto iuniores tāto
perſpicatiores.

¶ Pars tertia hꝰ ſmonis q̄ d2 expoſitiōis.

Q Uo ad tertiā ptē hꝰ ſmonis q2 inq̄t
Matheꝰ. j. ſui euāgelij. c. j. qd̄ le/
gitur in miſſa natiuitatis virginis.
ſcz liber generatōis Jeſu xp̄i. Expōnedū vi/
Maria dicit̃ lib rōne materie — det̃ q̄re ipa dei genitrix dicatur liber. ¶ Erit̄
deo ꝙ triplici de cā. ſ. rōe materie: ſcripture ⁊
clauſure. Primo rōne materie. libri em̄ nota
biles fiūt de ꝑgameno q̄ ad materiā ſeu car
tā. Hec aūt carta vt ſit bona dz eſſe ſine car/
noſitate ⁊ abſq3 aq̄ſitate ſeu hūiditate. ⁊ abſ
q3 ſuperfluitate ſeu piloſitate. Sic itaq3 fuit
hec carta nitidiſſima btē ꝟgis q̄ nō hūit car/
noſitatē pcti original̃. nec aquoſitatē ſeu hu/
miditatē pcti actual̃ mortal̃. nec piloſitatem
ſeu ſupfluitatē pcti venial̃. vt diffuſe ꝓbatū
eſt ſup̄ in. j. pte huiꝰ opis. Poſſumꝰ etiā ex/
ponere ſm̄ q̄ſdā doctores ꝙ btā ꝟgo non ha/
buit carnoſitatē luxurie: nec aq̄ſitatē ſupbie
humiditas ei nimia fac̃ inflare: ⁊ idropiſim
generat. nō etiā habuit ſupfluitatē auaricie
que ſupflua ꝯgregat ⁊ retinet. Antiq̄tꝰ autē
materia libroꝝ fiebat de cortice arboris ſub/
tiliori q̄ eſt mediꝰ inter corticē groſſum exte/
riorē ⁊ lignū. Qui cortex mediꝰ ⁊ ſubtil̃ d2 li
ber. vñ a tali materia liber ē dictꝰ. ⁊ ego ocu/
lis ꝓprijs vidi ſcripturas antiq̄ſſimas in ta
li materia factas. q̄ materia bene ꝯgruit btē
Marie. q2 facta ē media ſeu mediatrix īter
deū ⁊ homines. ꝓpter qd̄ canit eccl̃ia. media
trix hominū ablutrixq3 criminū pctōꝝ ve/
nia. Et iō pctōres diſcordes ⁊ inimici dei fa
cti ꝓpter offenſam vt reconcilient̃ ei: debēt ad
iſtū librū ⁊ ad mediatricē hāc recurrere. Nā
ſicut ipa mediāte ſedata eſt lis que erat īter
deū ⁊ hoīes. ita etiā p ipam terminān̄t q̄ſtiōes
Exēplū — inter hoīes ⁊ diabolū. Patet exēplo qd̄ legi
tur in miracul̃ beate ꝟginis de illo pctōre ma
gno q̄ in viſione ductꝰ eſt ad iudiciū dei. vbi
ꝑ multas allegatōes diabolꝰ ꝓbabat eū eſſe
ſuū: ſz ſp p beatā ꝟginē ſapiēter reſpōdentē
fuit ſupatꝰ. Nouiſſime aūt allegauit diabo
lus cōtra eū ꝙ plura erāt illius mala q̄3 bōa
Cum q̄ ad p̄ceptū iudic̃ appenderent̃ i ſtate
ra bona ⁊ mala eiꝰ. ⁊ ſtatera ad ſiniſtrā ptem
in qua mala erāt ꝑponderaret: ſubito virgo
glorioſa manū appoſuit ad partē ſtatere i q̄
erāt pauca bona ⁊ traxit eā ad terrā. ⁊ ſic pre
ponderauit alteri. Tūc diabolus ꝯfuſus ab
ſceſſit. ⁊ ille euigilās vitā ſuā in meliꝰ cōmu/
tauit. ¶ Scd̄o beata Maria d2 liber ratiōe — ¶
ſcripture. Jn libris eni ꝯtinet̃ ſapientia de/ — Rōe ſcri
ſcripta. ⁊ ipa cōtinuit in ſe diuinā ſapiētiam — pture
id eſt xp̄m qui eſt ſapientia dei patris. Scri
ptura enim libri nihil eſt aliud q̄3 verbū in/
carnatū: id eſt carta incorporatū. ⁊ repreſen/
tat verbum dei incarnatū in virgine. Unde
ipſa dicere poteſt illud ps. xliiij. Eructauit
cor meū verbū bonum. Jdeo deus pater et fi
lius dixerunt ſpiritui ſancto cuiꝰ opere cōce/
ptus eſt chriſtus: illud Jſa. viij. Sume tibi
librum grandē ⁊ ſcribe in eo ſtilo homis. Li
ber iſte grandis fuit beata Maria que con/
tinuit in ſe xp̄m. in quo vt ait apl̄s ad Coll̃.
ij. ſunt omnes theſauri ſapientie ⁊ ſciētie dei:
ſcriptor aūt huiꝰ libri fuit optimus. ſ. ſpiri/
tuſſanctus qui omniū eſt artifex om̄ nē hn̄s
virtutē Sapientie. j. Jn hoc libro poſſunt ⁊
debent om̄es legere ⁊ ſeruare in eo ꝯtēta. Eſt
enim ille liber de quo ſcriptū eſt Jſa. xxix. da/
bitur liber neſcienti litteras. quilibet em̄ idi/
ota poteſt in eo legere. Jſte eſt liber quem p̄
cepit deus ſeruari in latere arche Deut̃. xxxj
id eſt in latere mentis noſtre p deuotionem
⁊ ideo de indeuotis ipis benedicte virginis
poteſt dici illud ps. lxviij. Deleant̃ de libro
viuentiū. O igit̃ dulciſſima virgo fac ex tua
ſolita pietate vt de nobis verificet̃ illud. ps.
cxxxviij. ⁊ in libro tuo om̄es ſcribent̃. De te ei
dici poteſt illud Eccl̃i. xxiiij. hic eſt liber vite
Et illud Dañ. xij. Saluabit̃ om̄is qui inuē
tus fuerit ſcriptus in libro vite. Omnes igi
tur debemus ſemp in mente deſcriptā habere
vitam beate ꝟginis ⁊ illam imitari quia i ea
inueniemus omnis probitatis exempla. vt
ait Ambroſiꝰ in libro de virginib9. Nam de
hoc libro dici poteſt illud Baruch. iiij. Hic
liber mandatoꝝ dei. ¶ Tertio dicitur beata — ¶
virgo liber ratione clauſure. Libri em̄ habēt — Ratiōe
ſua clauſoria vel ſigilla. Jpſa autē dici pt li/ — clauſare
ber ille: de quo Apocal̃. v. ait Johānes euan
geliſta. Uidi in dexterā dei ſedētis ſup thro
num librum ſcriptū intus ⁊ foris: ſignatum
ſeptem ſigillis. Jſte liber fuit beata Maria
que fuit in dextera dei. id eſt: in eius prede/
ſtinatione ⁊ preelectione cunctorum. Nam
ipſa dei predeſtinatio: dicitur liber vite.

vt ait Augꝰ.xx.de ciui.dei.c.xiiij.⁊ Alexã.de
ales in.iij.pte ſum.ĩ tractatu de li.vite.⁊ bea/
tus Tho.i.j.pte ſum.q.xxiiij.ar.j.ppt talez
ꝗ ſingularē ꝑelectionē ac ꝑdeſtinationez pōt
dicere ipa ꝟgo bñdicta illđ Ecci.xxiiij.Ego
ex ore altiſſimi ꝓdij ꝓmogenita añ oēm cre/
aturã.Et illud pš.xxxix.In capite libri ſcri
ptum eſt de me vt facerē voluntatē tuã.deus
meꝰ volui ⁊ legem tuã in medio cordis mei.
Iſte ꝗ3 liber beate ꝟgis eſt ſcriptꝰ lr̃is aureiſ
intus ⁊ foris.qꝛ in aĩa fuit plenꝰ habitibus
ſanctitatꝫ:⁊ in corpe ac exteriori ꝯuerſatione
refulſit actibꝫ ꝟtuoſis.ſignatꝰ ꝟo eſt ſeptem
ſigillis.i.ſeptē ſpũſſancti donis Quia vero
hunc librũ.i.beatã ꝟginem cõpoſuit deus et
tradidit legendũ nõ ſolũ iudeis:ſ3 omnibꝫ
hoim generibꝫ vſq3 in finē mũdi ꝓcreandis
Iõ ipa dei genitrix dicere pt illđ Ecci.xxiiij.

S
Ipa ē li/ber gene/rationis ſaluãdo/rum

Memoria mea ĩ generatõe ſecloꝝ.¶ Hec
aũt bñdicta ꝟgo nõ tm̃ eſt liber generatiõis
Jeſu xpi filij dei.ſ3 etiã eſt liber generationis
oĩm ſaluãdoꝝ.Et iõ merito dicere poſſumꝰ
oēs illud qđ ſcriptũ eſt Act.xvij.c.Ipſius
eteni genꝰ ſumꝰ.Btã em̃ ꝟgo Maria ē ma
ter nr̃a.Impator enim celeſtis dñs Jeſus in
throno crucis reſidēs ꝑ editũ ſuo ore platuz
matrē ſuã Johãni dedit in matrē.dicens illi
vt habet Joh.xix.ecce mater tua.vez qꝛ Jo/
hãnes interptať in ꝗ eſt grã.In quocũq3 eſt
dei grã:illiꝰ mater eſt ꝟgo bñdicta.Iõ Anſel/
mus in quodã ſmone inqt.Mater dei ſcrã
eſt mater noſtra.Vñ de ipa dr̃ Iſa.vl.Par/
turijt ſyon filios ſuos.Que verba exponit
Albertꝰ magnꝰ vbi ſup̃ de illa que nos ĩ fide
⁊ bonis opibꝫ generauit.Iõ bñ dr̃ Lu.ij.ꝙ
ipa pepit filiũ ſuũ ꝓmogenitũ.ꝗ habet filios
ſcđo genitos:qꝛ ꝓmꝰ dr̃ reſpectu ſcđi.l.ꝗ du
os.in ꝓmo rñſo.ff.de rebꝫ du.Cõſtat aũt ꝙ
nõ habuit carnales.Et iõ intelligiť de ſpũa/
libꝫ.Sicut ꝗ mr̃ habet magnã curã ⁊ đ filijs

Cura fi/liorum

educãdis:maxime infra triēniũ ꝗ tpe ad hoc
neceſſitať.l.ij.C.de infan.expoſi.l.penl't.vbi
glo.C.de pa.pote.⁊.l.fi.ff.vbi pupil.educ.đ.
Ita beata ꝟgo de nobis ſollicitã curam gerit
Vñ ipa dicere pt illud Iſa.xlix.nũꝗd obli/
uiſci põt mater infantuli vt ñ miſereať filio
vteri ſui?Et ſi illa oblita fuerit:ego nõ obli/
uiſcar tui:q3uis aũt amor patris ad filiũ ſit
ſolidior.amor tñ mr̃is erga illũ eſt tenerior.
tũ qꝛ mľier naturaliť ē magꝭ benigna q3 vir.
vt dr̃.viij.de aĩalibꝫ.tũ3 qꝛ mr̃ eſt magꝭ certa
ipm eſſe ſuũ filiũ q3 pater.l.quia ſemp.ff.de i
ius vo.ppter maiorē ꝗ benignitatem matrꝭ
paruulꝰ magis recurrit ad ipam ꝓ his que
vult q3 ad patrē.facit textꝰ in auť.vt ſine phi
bi.ma.debitri.coll'.vij.§.qꝛ ꝟo.el ꝓmo.qui
dicit ꝙ amor matris erga filios naturaliter
eſt pius.qnta ꝗ eſt huiꝰ matris noſtre erga
nos filios ſuos benignitas:que oēs vt ad
ipſam currãt in neceſſitatibꝫ ſuis inuitat di/
cens illud Ecci.xxiiij.Tranſite ad me oēs
qui ꝯcupiſcitis me ⁊ a generationibus meiſ
adimplemini.Et ibidē etiã inquit.Ego ma
ter pulcre dilectionis:timoris ⁊ magnitudi/
nis ⁊ ſancte ſpei.Hec eſt mater cunctoꝝ vi/
uentiũ figurata ꝑ Euã Gen.ij.Iõ ſi vis il/
lam eſſe tibi bonã matrē:eſto illi bonꝰ filius
ſeruãs ꝯſiliũ ſapientis Prouerb.j.vbi ait.
Ne dimittas legē matris tue:honora illam
ſi vis ab ipſa honorari ⁊ in bonis ditari.qꝛ
vt inqt ſapiēs Ecci.iij.Sicut ꝗ theſaurizat
ita ꝗ honorificat matrē ſuã.¶ Econtra ꝟo de

P
Inuehit ꝯ ihono rãtes eã

malis ꝗ inhonorãt ⁊ vilipendũt beatã virgi
nem eã blaſphemãtes:dici poteſt illud Ecci
iij.Maledictꝰ eſt a deo ꝗ exaſperat matrem
Et Prouer.xv.ſcriptũ eſt.Stultꝰ hõ deſpi
cit mr̃em ſuã.O gens ꝑdita ⁊ ſceleratiſſima
que hãc tã piã tãq3 gratioſam matrē ꝟginē
ſc3 benedictã a qua cõtinue tot recipit benefi
cia maledicit ⁊ blaſphemijs vituperat.profe
cto ipa de iſtis maledictis ⁊ iniquiſſimis fi/
lijs cõqueriť ꝑ pš.dicens.Retribuebant mi
hi mala ꝓ bonis ⁊ odium pro dilectiõe mea.
Nos ꝟo boni filij erga ipam pijſſimã virgi
nem:rogemꝰ illã cantantes dulciter illđ qđ
canit eccľia in officio eiuſdē ꝟginis dicens.
Monſtra te eſſe matrē:ſumat per te preces:
qui ꝓ nobis natꝰ tulit eſſe tuꝰ.Virgo ſingu
laris inter oēs mitis:nos culpis ſolutos
mites fac ⁊ caſtos.Vitam preſta puraz:iter
para tutũ:vt videntes Jeſum:ſemper colle/
temur.Amen.

¶ De eadem celeberrima ꝟginis natiuita
te Sermo tertius.

C Onſurget ꝟ/ga de iſrael.Nume.xxiiij.In
ꝟbis ꝓpoſitis inſpirante deo
Balaã ꝓphauit de ꝟgie bñdi/
cta quã naſciturã viderat de ſemine iſrael.et
iõ ſubiũgit de ꝑtãte eiꝰ ⁊ qliter deſtruere debe
bat regnũ diaboli dicēs.Et percutiet duces
moab vaſtabitq3 oēs filios Seth.⁊ erit idu
mea poſſeſſio eiꝰ.De hac etiã bte ꝟgis dñati
one ſup malignos ſpũs ꝓphetauit Dauid
pš.cix.loqns filio dei ⁊ dicēs.virgam ꝟtutis
tue emittet dñs ex ſyon dñare ĩ medio inimi
coꝝ tuoꝝ.Fuit ꝗ3 btã ꝟgo figurata ꝑ virgã

Maria ꝟga moyſi — in q̄ Moyſes fec̄ ꝓdigia magna. Exo.iiij.⁊
ꝑ quā demergi fecit Pharaonē cū exercitu
ſuo in mari rubro Exo.xiiij.iō vnicuiqꝫ nr̄m
inq̄t de⁹ illud Exo.iiij.ſume ꝟgā in manu tua
id eſt deuotionē bt̄e ꝟgīs habeas ſp̄ in corde.
Hec aūt ꝟga diuia.ſ.ꝟgo bn̄dicta recta fuit ꝑ
intētōis puritatē. Vn̄ pſ̄.xliiij.inq̄t Dauid
Sedes tua de⁹ ī ſecl'm ſecl'i: ꝟga directionis
ꝟga regni tui. Ipa em̄ fuit ſedes dei: q2 ī ea
ſp̄ reqeuit. vn̄ ipa inq̄t Ecci.xxiiij. q̄ creauit
Virga directionis — me reqeuit ī tabernaculo meo. ¶ Fuit etiā ꝟ
ga directōis: q2 opa ſua ſp̄ ī deū direxit. fuit
q̄ʒ regni dei: q2 ꝑ ipaʒ de⁹ regnū ſuū qd̄ dia
bol⁹ vſurpauerat acq̄ſiuit. ipa āt virga q̄uīſ
fuerit recta q̄ztū ad deū ꝑ rectā intētōʒ fuit tn̄
⁊ eſt flexibil' q̄ztū ad nos ꝑ cōpaſſionē. Nam
mō flectit̄ ad iuſtos īpetrādo eis grāʒ. modo
flectit̄ ad morīētes expellēdo ab eis hoſtꝭ fal
laciā. Mō flectit̄ ad iā mortuos aīas eoꝝ de
ducēdo ad gl'iam. Mō flectit̄ ad tribulatoſ
exhibēdo eis ꝯſolatōʒ ſuā. Vn̄ figurata fuit
ꝑ ꝟgam Jonathe: in cui⁹ ſūmitate guſtauit
mel: ⁊ illuminati ſunt oculi ei⁹.j. Regū.xiiij
k ¶ De hac ꝟga in figurā ſcriptū eſt Numeri
Virga Aaron — xvij. Germiauit ꝟga Aaron ī domo Leui.⁊
turgētib⁹ gēmis eruperūt flores q̄ folijs dila
tatꝭ in amigdalas deformati ſunt. De q̄ Am
bro. in ſmone de natiuitate ꝟgis inq̄t. Acce
pte ſunt a Moyſe ſcrō ſingule ꝟge de ſingul'
tribub⁹ iſrael noīb⁹ eaꝝ inſcripte iubēte dn̄o
⁊ poſite ī tabernaculū ei⁹. inter q̄s vna q̄ fue
rat Aaron ſequēti die germinaſſe: floruiſſe:
fronduiſſe ac peperiſſe amigdalas reperit̄. ſci
ens ꝙ̄ domin⁹ h̄ op⁹ ſuū eſſe magni myſterij
iuſſit ſeruari ꝟgā ad monumētū. monebā
tur em̄ filij iſrl' pn̄tia ꝟge q̄rere ſollicite q̄d ſi
gnificaret tā mirabile factū. ſicut em̄ illa vir
ga ſine q̄libet nature adminiculo fructifica
uit. ita ꝟgo Maria ſine ꝯiugali ope filiū ꝓ
creauit. Filiū ſane ꝑ florē deſignatū ꝓpt' ſpe
ciē ⁊ ꝑ fructū ꝓpt' vtilitateʒ. eſt em̄ ſpecioſus
forma p̄ filijs hoim. ⁊ vitalis refectio n̄ ſolū
hoim ſʒ etiā angl'oꝝ. Hec ille. Fruct⁹ autem
hui⁹ virge fuit amigdala q̄ ſm̄ Aug. ſignifi
cat xp̄m. q2 ſic̄ ī amigdala ſunt tria. ſ. exteri
or pellis fragil': ⁊ int'⁹ nucle⁹ dulcꝭ: ī medio ꝟo
teſta fortꝭ. Ita in xp̄o tres ſunt ſube. ſ. caro ex
terior que habuit infirmitatē. Diuinitas in
terior in ſe h̄ns oēm dulcedinē. Et aīa ſctā q̄
circa oēs paſſiones habuit fortitudinem:
q̄uis aūt virga hec fuerit multū gracilis: tn̄
fructū portauit q̄ totū gen⁹ hūanū ſatiauit.
imo q̄ totū mūdū ſuo robore ſuſtētauit. In
paſſione em̄ xp̄i fracte fuerūt columne mūdi
⁊ iſta ꝟgo totū ſuſtētauit mūdū. Hec eſt illa
ꝟga h̄ns in ſummitate ſua ſtimulū q̄ demo
nes tāq̄ʒ boues vrgent̄ ⁊ effugant̄. Iō pōt di
ci de ipa illud Ecci.xxxviij. Stimulo boues
agitat. hʒ q̄ʒ hamū q̄ diabol⁹ tāq̄ʒ piſcis dece
ptus ⁊ capt⁹ fuit ab ea. Vn̄ illi ꝯuenire pōt
illud qd̄ ſcriptū eſt Job.iiij.c. in ocul' ei⁹ q̄ſi
homo capies eū: ⁊ extrahere poterꝭ leuiathā
hamo. ⁊ fune ligabis linguā ei⁹. ⁊ pones cir
culū in manib⁹ ei⁹. hʒ q̄ʒ in ſūmitate ſua hec
ꝟga laqueū ad capiēdū demones tanq̄ʒ aues
vn̄ illi pt̄ dici illud Job.xviij. Miſit ī rethe
Vſus virge — pedes ſuos ⁊ tenebit̄ plāta ei⁹ laqueo. ¶ No
tandū q̄ʒ ꝗ ſic̄ vſus ꝟge eſt ad dominij oſti
onē: q2 ea vtunt̄ reges ⁊ ꝓncipes ac plati. vn̄
in ſacra ſcp̄tura ponit̄ q̄nq̄ʒ ꝟga ꝓ imperio.c.
in calice. de ꝯſe.di.ij. Ita btā ꝟgo data ē no
bis tāq̄ʒ dn̄a ⁊ regina. vn̄ illi canit eccleſia.
O gl'ioſa dn̄a ⁊c̄. Itē ſicut ꝟga vtimur ad de
fenſionē ⁊ ꝑcuſſionē.c. diſciplina.xlv.di. ſic̄
faciūt bellatores. Ita beata ꝟgo data eſt nob
a deo ad defenſionē noſtrā ⁊ ꝑcuſſionē demo
nū. Vn̄ dr̄ Yſa.xxx. A voce dn̄i pauebit Aſ
ſur ꝟga ꝑcuſſus. Sicut etiā vtimur ꝟga ad
directionē ſicut faciūt paſtores ad dirigēdū
greges ſuos. Et ſacerdotes ad regulandum
ſubditos ſuos.c.i. calice. de ꝯſe.di.ij. Ita data
nob eſt btā ꝟgo vt nos ī pn̄ti vita regat ⁊ ad
paſcua eterna deducat. Iō de⁹ pater inquit fi
lio illud Michee.v. Paſce populū tuū ꝟga
tua. Et pſ̄.ij. iteꝝ inq̄t. Reges eos in virga
ferrea. eſt em̄ ꝟga ferrea demonib⁹ effugādiſ
Iō ſubdit̄. ⁊ tanq̄ʒ vas figuli ꝯfringes eos.
Sic̄ etiā ꝟga vtimur ad ſuſtētatōem ſic̄ fa
ciūt debiles ⁊ infirmi. Ita nob data eſt beata
ꝟgo vt noſtrā infirmitatē ſuſtēteret. Iō q̄libet
afflict⁹ ad auxiliū ei⁹ recurrēs ⁊ ꝯſolatiōʒ re
cipiēs pt̄ dicere deo illō pſ̄.xxij. ꝟga tua ⁊ ba
cul⁹ tu⁹ ipa me ꝯſolata ſr̄. trāſſumptiue in.c.
diſciplina.xlv.di. De cui⁹ dignīſſime ꝟgīs
ortu tres ꝯſideratōes iteꝝ faciem⁹
Prima dicet̄ creationis.
Scd̄a prenunciationis.
Tertia ꝟo appellabit̄ exultatōis.
¶ Pars p̄ma hui⁹ ſmonis q̄ dr̄ creatiōis
In creatiōe mūdi ondit de⁹ creatōeʒ
bt̄e ꝟgīs ac partū ei⁹. Iō ipa dicere
pōt illud Ecci.xxiiij. meōria mea in — L
generatiōe ſecl'oꝝ. ⁊ illō Gen̄.j. Iſte ſr̄ gene — Laudat
ratiōes celi ⁊ terre. pt̄ exponere. i. pentū meo — parentes
rū. Dū ꝙ̄ inq̄t Moyſes Gen̄.j. In ꝓncipio — Marie
creauit de⁹ celū ⁊ terrā. figuraliter exponedū
eſt. id eſt Joachim patrē ꝟginis ⁊ Annā ma
trē ei⁹. omia em̄ ī figuram ꝯtingebāt illiſ. vt

ait apl'ſ.j.ad Cho2.x.Sicut ğ celū nobili⁹ ē
terra:ita pfectio2 eſt pater.q2 eſt principium
actiuū q̄3 mater que eſt pncipiū paſſiuū.Et
ideo deſcribit̄ pri⁹ celū factuʒ ꝛ poſtea terra.
celū aūt dr̄ Joachim pater ei⁹.q2 celeſtē.i.vir
tuoſam habuit ꝯuerſationē.Sicut em̄ celū
eſt luminoſum:ita ꝛ ipe fuit illuminat⁹ lumi
ne grē:ꝛ doctrine legis diuine.Et ſicut celuʒ
eſt puꝝ ꝛ liberꝝ ab omni corruptōe vt dr̄ in p̄
mo de celo ꝛ mūdo.ita Joachim caſt⁹ ꝛ mun
dus fuit:ſeruās fidē vxori:ac nō miſcens ſe
cū alia muliere vt filios haberet cū vxor eſſʒ
ſteril'.Celū quoq3 dat pluuiā abundant' te/
pore ſuo ꝛ Joachim vt viſum eſt ſmōe.j.h⁹
partꝫ parte vltima.dabat abūdanter elemo
ſynas paupib9.Terra aūt ſignificat Annaʒ
Nā ſicut terra eſt infimū elementoꝝ ꝛ ſubij/
citur influentie celi.ita ipſa humil' erat ꝛ ſub
iecta in gubernatione dom⁹ viro ſuo ſicut eē
debebat ſm diſpoſitionē iurꝫ.vt i.c.mulierem
xxxiij.q.v.terra ſtabil' eſt in eternum:vt ait
Salomon Eccs.j.Et Anna ſtabil' ꝯſtans
ꝛ fortꝫ fuit in ſua ſterilitate ꝛ nō turbulenta
vel murmurās ꝯtra deum eo ꝙ filios ei non
daret ſicut multe mulieres faciunt murmu/
rantes ꝙ nō habeant qd̄ eis nociuū eēt.Vn̄
Valeri⁹ maxim⁹ ait.Plerūq3 id votꝫ expo/
ſcim⁹ quod nō obtinuiſſe meli⁹ foret.oratur
importune a mulierib9 infecūdis p filijs ha
bendis q̄ habiti aliquādo ſunt cā pditionis
parentū.Sicut etiā terra atterit' multꝫ mo/
dis ꝛ ſcindit' ad fructificandū.ita et Anna
ieiunijs vigilijſ ꝛ alijs modis caſtigabat co2
pus ſuū vt ſubditū eſſet rōni.Terra ergo vt
ſubditur in eodē.j.Geñ.c.erat inanis ꝛ va
cua.quia Anna erat ſteril' ꝛ infecūda vt ma
ius inde appareret miraculū ꝛ magnificētia
ex fecunditate ei collata.Et tenebre erāt ſup
faciē abyſſi:id eſt tenebre afflictionis ꝛ cōfu/
ſionis erant ſup faciē ipſi⁹ Anne ꝛ mariti ſui
q2 tanq̄3 maledicti reputabant' ſteriles fru/
ctū generatiōis nō facientes.ꝛ pudo2 ē femi
nis nuptiaꝝ pmiū nō habere.ppt' qd̄ primo
inſtitutū eſt mrīmoniū.ca.pudo2.xxxij.q.ij.
Vn̄ Juuenal' ſatira.iij.inqt.ꝑterea to2men/
tum ingēs nubentib9 heret.Q, nequeūt pa/
rere ꝛ partu retinere maritos.puant' em̄ ſte
riles maxio munere mulieꝝ qd̄ eſt parere et
partū ꝯſeruare.l.qrit' in pn.ff.d edili.edicto
Quia ğ vt in ſmone pdicto patuit Joachiʒ
ad offerendū deo in templū accedēs cū ma/
gno improperio ē reiect⁹.vn̄ domū p ꝯfuſio/
ne redire noluit.ppt' qd̄ Anna viri ſui ſola/
tio deſtituta cū lachrymis deū exo2abat p re/

uerſione viri ſui.ꝛ remotōe hui⁹ opprobrij.
Jō ſubdit'.Et ſpirit⁹ dn̄i ferebat' ſup aqs.ſ.
lachrymaꝝ ei⁹ ad ꝯſolādū eā ꝛ exaudiendu3
votū ei⁹.vn̄ ſeq̄t'.Dixit ꝗo de⁹.fiat lux.i.vir
go bn̄dicta.cui⁹ vita glioſa lucē dedit ſeculo.
vt canit eccl'ia.Et facta ē lux.i.Maria tota
lucida ac ſine o2igiali pctō.Jō ſubdit'.ꝛ diui
ſit lucē a tenebrꝫ.Et hec facta fuit pma die.i.
in pmo grē tpe.Et ſicut illi⁹ lucꝫ creatio ſol'
creationē pceſſit.ꝛ ſm ſniam Petri lombar/
di in.ij.ſniaꝝ.di.xiij.Ex ipa co2p⁹ veri ſoliſ
formatū eſt.Sic o2t⁹ beate ꝗginis veri ſolis
id eſt xpi formationē pceſſit.ꝛ ex ipa ipſe ſol
iuſticie formar⁹ eſt.Jō ipa inq̄t Ecci.xxiiij.
Ego feci in cel' vt o2iret' lumē indeficiēs.Po    M
teſt etiā alit' exponi qd̄ ſupdictū eſt de celo et    Maria
terra creata vt p vtrūq3 figuret' ꝗgo maria    celum ſy
diuerſis reſpectib9.Primo em̄ dr̄ celū ſyde/    dereum
reum triplici de cā.ſ.ppt' o2natū:motū ꝛ effe/
ctum.Prio rōne o2nat⁹.Sic em̄ celū ſyde/
reū eſt o2natū varietate ſtellaꝝ.ſic Maria
diūſitate ꝗtutū.Jō dr̄ Ecci.xliij.ſpecies celi
id eſt ꝗgis Marie.gl'ia ſtellaruʒ.i.glo2ioſa
varietas ꝗtutū.Scdo dr̄ celū ſydereū rōne
mot⁹.q2 ſicut celū ſydereū om̄es inferio2es
celos ſecū q̄tidie circūducit.ſic Maria om
nes ſctōs ad itercedēdū p nob ſecū adducit.
moto2 iſti⁹ celi eſt de⁹ q̄ inq̄t Aggei.ij.Mo/
uebo celū ꝛ terrā ꝛ veniet deſiderat⁹ cunctis
gētib9.Jpa ğ beata virgo tali motu agitata
mouet' ad deū p feruentē amo2eʒ.eſt em̄ rota
dei de q̄ dr̄ Ezech.j.Quocūq3 ibat ſpūs:illuc
eūte ſpū ꝛ rote parit' eleuabant' ſequētes euʒ
ſpirit⁹ em̄ dn̄i erat in rotꝫ.Mouet' etiā ad
nos p cōpaſſionē.Vn̄ canit eccl'ia.Jllos tu/
os miſerico2des oculos ad nos ꝯuerte.moue
tur q̄ʒ ad filiū ipm p nob exo2ādo.mouet' ad
angelos ipos ad nrm miſteriū dirigēdo mo
uet' ad beatos illos vt p nob o2ent exho2tan/
do.Et iō de ipa dici pt illud Sap.vij.Oib9
em̄ mobilib9 mobilio2 ē.Tertio dr̄ celū ſyde
reū rōe effect⁹.Nā ſic mediāte celo iſto ſyde
reo ꝛ ſuis luminarib9 t'ra fecūdat':ꝛ i fructib9
ml'tiplicat' atq3 i auro ꝛ argēto ac lapidib9 p̄
cioſis.Jta ꝗgo Maria totā eccl'iaʒ illuſtrat
ſuis exēplis ꝛ fecūdat ſpūſcti donis.ꝛ fructi
ficare fac opib9 bonis ꝛ locupletat ꝗtutib9 p̄
cioſis.ꝛ iō ipi tāq3 ſydereo celo dici pt illud
Pſ.lxiiij.viſitaſti terrā ꝛ inebriaſti eā ml'ti/
plicaſti locupletare eā.¶ Scdo btā ꝗgo dr̄
celū criſtallinū qd̄ factū eſt de aqs q̄ ſup celoſ    Maria
ſit' modū criſtalli ſoliditate.aq ei ſt' cogitati    celum cri
ones ꝛ affectōes hūane q̄ in nobis ſunt fluxi    ſtallinuʒ
biles ſeu in beata ꝗgine fuerunt ſolide:id eſt

in bono ꝯfirmate. Vñ Berñ. i ſmõe de nati
uitate ꝟgis inq̃t. Neq̃ʒ eñ feſtiuis laudibꝫ
natiuitas eiꝰ celebraret̃ ſi nõ ſancta naſceret̃.
id eſt in bono ꝯfirmata. Iſte etiã aque fuert̃
trãſparẽtes ⁊ lucide. q̃ꝛ ꝑ illas dei gl'iam itu
ebat̃ ⁊ ꝯtẽplabat̃. iuxta illud. ij. ad Chor. iij.
Nos aũt reuelata facie gl'iam dñi ſpeculan/
Maria celũ empyreum — tes ⁊c. ¶ Tertio d̃ꝛ celũ empyreũ triplici de
cã. Primo ꝓpt̃ ineffabilẽ claritatẽ. ſic̃ eñ il/
lud celũ eſt luciddiſſimuʒ: ita ipa tota lucet ⁊
ſplẽdoꝛibꝫ plena ẽ. Vñ Apoc̃. xij. d̃ꝛ. Signũ
magnũ apparuit i celo mulier amicta ſole et
luna ſub pedibꝫ eiꝰ ⁊ i capite eiꝰ corona ſtella
rũ duodecim Quia ḡ eſt lucida a ꝑte inferio
ri. iõ d̃ꝛ q̃ luna eſt ſub pedibꝫ eiꝰ. ⁊ q̃ꝛ eſt cla/
ra a ꝑte ſupioꝛi. iõ d̃ꝛ q̃ in capite eiꝰ erat coro
na ſtellaꝝ duodecim. ⁊ q̃ꝛ erat reſplendens a
ꝑte medij. iõ d̃ꝛ amicta ſole. Scd̃o d̃ꝛ celum
empyreũ ꝓpt̃ capacitatẽ. ſicut eñ nõ ꝑt exco
gitari aliq̃s locꝰ maioꝛis capacitatꝭ q̃ʒ celuʒ
empyreũ: ſic nec aligua creatura põt iueniri
maioꝛis charitatꝭ q̃ʒ maria q̃ fuit tãte capa/
cipatis vt habitatio dei facta ſit ⁊ deũ in vte
ro ſuo poꝛtauerit. Vñ canit eccl'ia. Tu queʒ
celi cape ñ poterãt: tuo gremio ꝯtuliſti. Ter/
tio d̃ꝛ celũ empyreũ ꝓpt̃ ſublimitatẽ. ſicut ei
illud celũ eſt ſublimiꝰ oĩbꝫ alijs: ſic ipa ẽ ſub
limioꝛ oĩbꝫ creaturꝭ. Vñ de ipa ꝑt dici illud
pš. viij. Eleuata ẽ magnificẽtia tua ſup celoſ
ſcʒ nõ ſolũ materiales: ſʒ etiã rõnales ⁊ itel/
lectuales. ſ. ſctõs oẽs ⁊ angelos. Virgo igit̃
bñdicta ẽ illd̃ celũ de q̃ inq̃t deꝰ Iſa. lxvj. Ce
lum mihi ſedes eſt. Et Job. xlj. Oia q̃ ſub ce
lo ſunt mea ſt̃. de h̃ celo pulcerrimo egreſſus
eſt deꝰ. Vñ canit Dauid pš. xviij. A ſummo
celo egreſſio eiꝰ ⁊ occurſus eiꝰ vſq̃ʒ ad ſũmũ
eiꝰ. Et h̃ eſt qd̃ inq̃t apl's. j. ad Cho. xv. Pri
mus hõ de terra terrenꝰ. ſcd̃us hõ de celo cele
ſtis. Altitudinẽ aũt hꝰ celi ⁊ eiꝰ excellẽtiã nõ
poteſt humanꝰ animꝰ ꝑſcrutari. Vñ Sap.
ix. ait Salomon. Que in celis ſunt q̃s inue
ſtigabit: q̃ſi dicat nullꝰ. ¶ D̃ꝛ etiã terra ipa
Maria terra — ꝟgo bñdicta. Priõ q̃ꝛ licet terra oĩm elemen
toꝝ ſit infima. eſt tñ ꝑ oĩbꝫ elemẽtꝭ magꝭ oꝛ/
nata. ſic btã ꝟgo ꝑ oĩbꝫ ſctis fuit magis infi
ma ꝑ humilitatẽ: ſʒ tñ magꝭ oꝛnata ꝑ ꝟtutũ
varietatẽ. infimã ſe vocabat Luc̃. j. dicens.
Reſpexit humilitatẽ ancille ſue. ſʒ ꝟtutibus
oꝛnatã ſe oñdebat dicẽs Eccl'i. xxiiij. In me
gr̃a om̃is vite ⁊ ꝟtutꝭ. Hec eſt illa terra quã
viſitauit deꝰ ⁊ om̃ibꝫ ꝟtutibꝫ oꝛnauit. Cui i
quit pš. Viſitaſti terrã ⁊ inebriaſti eam ⁊c.
Scd̃o d̃ꝛ terra: q̃ꝛ licet terra videat̃ in ſupfi
cie deſpecta intꝰ tñ ꝯtinet p̃cioſa auꝝ ſcʒ ⁊ ar
gentũ ac lapides p̃cioſos Sic btã ꝟgo vide
bat̃ exteriꝰ deſpecta ⁊ tñ intꝰ ꝯtinebat celeſteʒ
theſauꝝ. ſ. dei filiũ. Iõ de ipa inq̃t Dauid pš.
xxxiij. Ois gl'ia eiꝰ filie regꝭ ab intꝰ. Tertio
d̃ꝛ terra: q̃ꝛ licet terra ſit mľtipľr attrita: ẽ tñ
firmiter ſtabilita. Sic btã ꝟgo licʒ fuerit at
trita in xp̃i paſſione ꝑ doloꝛẽ: ſic̃ ei p̃dictum
fuerat Luc̃. ij. ꝑ Symeonẽ dicentẽ. Et tuaʒ
ipſiꝰ aĩam ptraſibit gladiꝰ. tñ fuit foꝛtis per
ꝯſtantẽ fidẽ. Iõ Eccs̃. j. d̃ꝛ. Generatio pte/
rit ⁊ generatio aduenit terra ꝟo in eternum
ſtat. nã generatõ multoꝝ p̃terit a fide xp̃i: ge
neratio aũt latronis ⁊ cẽturionis venit ad fi
dem. terra ꝟo. i. ꝟgo Maria in eternũ ſtetit
q̃ꝛ fidẽ ſp̄ ſeruauit. Ipa ḡ benedicta mat̃ dei
eſt terra bona bono ſemine ſemiata: fecũda et
ad germinandũ apta. ¶ Primo eſt terra bo
na. Bona eñ terra cognoſcit̃ ſm̃ Virgiliũ — Terra bono
geoꝛgicoꝝ. j. ꝑ coloꝛẽ. q̃ꝛ nigredo atteſtat̃ bo/
nitati terre Vñ cõit̃ d̃ꝛ. La terra negra falo
bono foꝛmẽto. ipa aũt ꝟgo habuit nigredinẽ
humilitatꝭ. Vñ ipa canit Cañ. j. Nigra ſũ
ſed foꝛmoſa. Hõ q̃ diutiꝰ ſtat ad feruoꝛẽ ſol'
efficit̃ niger ⁊ decoloꝛatꝰ. Cũ igit̃ xp̃s qui eſt
verꝰ ſol nouẽ menſibꝫ in vtero ꝟginis fuerit
nõ eſt miꝝ ipam nigrã ⁊ humilẽ fec̃ ⁊ ipſam
ab om̃i colore mũdano decoloꝛauit. Iõ ipſa
dicit Cañ. j. Nolite me ꝯſiderare q̃ fuſca ſiʒ
q̃ꝛ decoloꝛauit me ſol. Scd̃o cognoſcit̃ bona
terra ꝑ ſapoꝛẽ. q̃ꝛ ſi gleba terre aqua ſpargat̃
⁊ ad guſtũ ponat̃. ſi eſt dulcis eſt bona: ſi ẽ ſal
ſa: eſt malo. Vñ Virgil'iꝰ vbi ſup̄ ait. Sal/
ſa aũt tellꝰ ⁊ que ꝑhibent̃ amara Frugibus
infelix. Beata aũt ꝟgo fuit dulcis ⁊ ſuauis
Vñ Cañ. vj. ait illi celeſtis ſpõſus. Pulcra
es amica mea: ſuauis ⁊ decoꝛa. Et Berñ. in
quodã ſmone inquit. Quid ad Mariã ac
cedere trepidas hũana fragilitas: nihil au/
ſterum i ea reperies: nihil terribile. tota ſua/
uis eſt: ⁊ oĩbꝫ oĩa fctã eſt: ⁊ oĩbꝫ miſcd̃ie ſinũ
aperit: vt de pulcritudine eiꝰ accipiãt vniũ/
ſi. ¶ Secũdo p̃ncipaliter dico q̃ beata ꝟgo
fuit terra bono ſemine ſemiata. Nã deus in
agro vteri ſui ſemiauit ſemẽ eternũ antiquũ — Terra ſeminata
⁊ nouũ. i. diuinitatẽ que eſt eterna. carneʒ fi/
lij ſui que eſt antiqua id eſt ab Adã p̄ducta.
⁊ animã eiꝰ q̃ de nouo fuit creata. De his tri
bus ſeminibꝫ tãq̃ʒ ex tribꝫ farinis factus eſt
ille panis celeſtis: q̃ inquit Joh. vj. Ego ſuʒ
panis viuus qui de celo deſcendi. Iſtud figu
ratum eſt Gen. xviij. vbi Abraã id eſt deꝰ p̄
dixit Sare id eſt virgini Marie. Accelera
tria ſata farine commiſce: ⁊ fac ſubcinericios
panes. Tunc enim Sara. id ẽ. virgo Ma/

ria tria ſata farine cōmiſcuit.qn̄ xp̄m exiſten
tem in his trib9 ſubſtātijs de ſuis viſceribus
Q generauit.¶ Tertio dico ꝙ iſta terra fuit fe
Terra cūda.bona ei terra generat fructū trigeſimū
fecūda melioꝛ ſexageſimū optima centeſimū. vt ha
betᷣ Mat.xiij.ꝛ Mar.iiij. Iſtū aūt triplicē
fructū terra ꝟginalꝭ ꝓtulit.ipa em̄ fuit nupta
ꝛ ſic ꝓtulit fructū triceſimū.fuit vidua et ſic
ꝓtulit fructū ſexageſimū.fuitq꜄ ꝟgo ꝟginū
ꝛ ſic ꝓtulit fructū centeſimū.de q̄ dꝛ Gen̄.xx
vj. Seminauit Iſaac.i.de9 in terra illa id eſt
in ꝟgine Maria ꝛ inuenit cētuplū. hec igi
tur bn̄dicta ꝟgo figurata fuit ī illa terra op/
tima ꝛ fructifera fluēs lacte ꝛ melle quā ꝓmi
ſit de9 populo ſuo Exo.iij. Hec ē illa terra bo
na hn̄s irriguū ſupi9 ꝛ inferi9 quā Caleph:
id eſt de9 dedit filie ſue.i.eccl'ie in dotē ꝑ pecu
R liari poſſeſſione. Joſue xv. ¶ Quarto dico
Terra ꝙ iſta terra eſt ad germinādū apta.de q̄ Iſa.
germi/ xlv.dꝛ Apiatᷣ terra ꝛ germiet ſaluatorē.hec
nans eſt illa terra de q̄ dixit de9 Gen̄.j. Germiet
terra herbā virentē ꝛ facientē ſemē.ꝛ lignū
pomiferū faciēs fructū iuxta gen9 ſuū. Cuiuſ
ſemē in ſemetipo ſit ſuꝑ terrā.ipa em̄ beata ꝟ
go germinauit herbā virentē ſanctaꝝ cogita
tionū ꝛ meditationū ꝛ floꝛes feruētiū deſide
rioꝝ ꝛ fruct9 ꝑfectaꝝ opationū.ꝛ lignū vite
in medio padiſi.ei9 q̄z ſemē remāſit ſuꝑ ter/
ram.ſ.exterioꝝ exemploꝝ iuxta q̄ alij poſſint
fructificare ꝑ imitationē. Hec eſt illa terra
de q̄ inq̄t Dauid pſ̄.lxxxiiij. Dn̄s dabit be/
nignitatē.ꝛ terra noſtra dabit fructū ſuū.ſ.
ſaluatorē mūdi. Et h̄ eſt qd̄ ꝑdictū fuit Iſa.
iiij.vbi dꝛ.fruct9 terre ſublimis. De hac eti/
am terra intellexit idē pſ̄.dū de deo ait. Ope/
ratus eſt ſalutē in medio terre.i.ꝟgis glorio
ſe. Hec eſt illa terra in q̄ debem9 opari ꝑ deuo
tionē:qꝛ vt inq̄t ſapiēs Prouer.xij.q̄ operatᷣ
terrā ſuā ſaturabitᷣ panib9.i.ꝯſolatōib9 ſpū
alib9. Iō vnicuiq꜄ noſtrum inq̄t Moyſes:
Deutᷣ.viij. Bn̄dicas dn̄o deo tuo ꝑ terra op
tima quā dedi tibi. Hec inquā eſt illa terra
bn̄dicta quā de9 omniū graꝝ ſuaꝝ ꝓfluuio ir
rigauit.de q̄ intelligi pōt illud ad Rom̄.vj.
Terra ſepe ſuꝑ ſe venientē bibens imbrē acci
pit bn̄dictōem a deo. Hec eſt illa terra quā
de9 ſua habitatiōe illuſtrauit. de q̄ Iſaie.vj.
dꝛ.ꝛ plena erat oīs terra maieſtate ei9. Hec
eſt illa terra de q̄ ſapiēs Prouerb.iij.inquit.
Dn̄s ſapia fundauit terrā Hec eſt illa terra
que pepit eternā ꝛ ineffabilē veritatē ſꝫm il/
lud pſ̄.lxxxiiij.veritas de terra oꝛta eſt. Hec
eſt illa terra quā bn̄dixit de9. Cui inquit Da
uid in ꝑdicto pſ̄. Bn̄dixiſti dn̄e terrā tuam

¶ Poteſt etiā exponi illud. In ꝑncipio crea G
uit de9 celū ꝛ trā vt ꝑ celū qd̄ icoꝛruptibile ē
intelligatᷣ aīa ꝟginis q̄ a deo creata ab omni
pctō fuit incoꝛrupta.ꝛ ꝑ terrā itelligatᷣ ei9 coꝛ
pus moꝛtale a parētib9 ꝓpagatū. ꝛ ſꝫm h̄ ex/
poni pōt illud Prouer.xxv. Celū ſurſum:et
terra deoꝛſum. Quia ꝟo vtrūq꜄ hoꝝ excellē/
tioꝛi mō de9 ꝯdidit q꜄ vnq꜄ aliquā creaturā ꝛ
q꜄ ꝑmū celū ꝛ ꝑmā terrā. Iō h̄ ī ſpū videns
Johes euāgeliſta inq̄t Apoc̄.xxj. Uidi celū
nouū ꝛ terrā nouā. Et qꝛ btā ꝟgo nō ſolū in
aīa:ſꝫ etiā in coꝛꝑe fuit beatificata:ꝛ grā dei
plena. Iō inq̄t de9 Hiere.xxij. Celū ꝛ terrā
ego impleo.

¶ Pars ſcd̄a h9 ſmōis q̄ dꝛ ꝓnunciatōis

I Nquit Bern̄.in epl'a ad lugdunen I
ſes. Qd̄ paucis moꝛtaliū eſt ꝯceſſū
fas nō eſt credere tāte ꝟgini fuiſſe de
negatū.quo ꝓſuppoſito ꝙ natiuitas btē ꝟgi
nis debuerit ꝓnūciari.patꝫ ſi attendatᷣ ꝑemi Maria
nentia ipſi9 ꝟginis ad illos q̄ fuerūt ꝓnūcia debuit ꝓ/
ti. Nam ꝑ angelū fuit nūciat9 mrī Iſmael. nunciari
vt habetᷣ Gen̄.xvj. Et Iſaac patri et matri.
Gen̄.xviij.ꝛ Samſon vtriq꜄ parēti. Pꝛio
matri cui dixit angel9 Judicū.xiij. Sterilis
es ꝛ abſq꜄ liberis ſꝫ ꝯcipies ꝛ paries filiū ꝛc̄
Scd̄o fuit annūciatus patri ſuo Manue.
Judi.xiij. Joſias quoq꜄ ꝑ ꝓpham fuit ꝓnū
ciat9.iij. Reg.xiij. Jacob q̄z ꝛ Eſau fuerunt
ꝓnunciati diuio oꝛaculo. Gen̄.xxv. Et Joh̄.
patri ſuo Luc̄.j. Si ḡ iſti fuerūt ꝓnūciati:
nō eſt dubitandū q̄n etiā btā ꝟgo fuerit pre
nunciata.q̄ foꝛtioꝛ eſſe debebat Samſone in
ꝓſternēdo hoſtes inferioꝛeſ. Sublimioꝛ iſa
ac in meditatione ꝛ cōtemplatōne. Iſmaele
fecūdioꝛ:qꝛ ꝛ ſi ille duodecim ꝑncipes gene/
rauit Gen̄.xviij. Maria ꝑ filiū totū mun/
dū ad vitā grē ꝑduxit. Feruētioꝛ in obſua/
tiōe mādatoꝝ Joſia.ꝛ immunioꝛ Jacob ab
om̄i pctō.ac Johe ſanctioꝛ.ꝛ oī ꝟtute fecun
dioꝛ. Debuit ḡ vt inq̄t Anſelm9 in li.de con/
cep.ꝟgi.c.ij.ꝓnūciari ꝑ angelū ſicut ꝛ factū
fuit. Dicitᷣ in li.de infantia ſaluatoꝛis. Si
em̄ de9 ꝯſueuit mittere angelū ꝑ minoꝛibus
negocijs.ſicut Thobie Raphaelē ad curati
onem infirmitatꝭ. Thob.xij. Et Gabrielem
ad liberatōꝫ captiuoꝝ Danielꝭ.ix. Et Mi/
chaelē ad expugnādū inimicos. Apocalꝭ.xij.
multo magꝭ ꝯgruū fuit ꝓnūciari natiuitatē
ꝟginis bn̄dicte.que ꝯceptura erat illū q̄ ve/
niebat curare infirmitates.liberare captiuoſ
ꝛ hoſtes expugnare.q̄ dixit Iſa.lxj. Spūs
dn̄i ſuꝑ me vt mederer contritos coꝛde et ꝑ/
dicarem captiuis indulgentiam ꝛ diē vltio

Quis angel⁹ pnūciauit

nis deo nr̄o. ¶ Sed aūt q̄rat̄ q̄s angel⁹ fuerit
iſte q̄ pr̄i ⁊ mr̄i bt̄e ꝟgis annūciauit ei⁹ nati/
uitatē: Andet mgr̄ Bartholome⁹ piſanus
in li. bt̄e ꝟgis. fructu. vj. ꝙ licȝ ſcꝑtura ſacra
de h̄ expſſam nō faciat mētionē. tn̄ cōiter te/
net̄ ꝙ fuit gabriel angelus vel alius ei eq̄lis
q̄ꝛ ſi ipe Gabriel ortū Johānis annūciauit
Luc. j. a fortiori credēdū eſt eū annunciaſſe
ortū Marie. Nō ſolū aūt deus fecit nūcia/
ri natiuitatē ꝟgis patri ⁊ matri eius. ſȝ etiā
ꝑ multa tempa an̄ fecit illius ortū p̄dici eti/
am a gētilib⁹. vt fuerunt Sybille ⁊ alij de q̄/
bus plene ſatis dixi in p̄ma pte roſarij ſmo/
nuȝ. ſer. xiiij. pte vl. Predixit etiā de illa ma
gnus inter aſtrologos Albumaſar. li. viij. i/
troductorij in aſtrologia. cui⁹ dicta ptranſeo
cā breuitatꝭ. Voluit q̄ȝ de⁹ ſue mr̄is natiuita
tem ꝑ ſuos pphas p̄nūciari. Si em̄ vt ſcri/
ptū eſt Amos. iij. nō faciet dn̄s ꝟbū niſi ꝑus
reuelauerit ſecretū ſuū ad ſuos ſuos pphas
pfecto credēdū eſt ꝙ nō fecerit hāc ꝟginē na
ſci q̄n ꝑus excellētiā ei⁹ annūciauerit pphis
ſuis. Jō Job. xxvij. dr̄. In manib⁹ abſcōdit
lucē ⁊ de ea annūciauit amico ſuo Qua ex re
ꝯſiderandū eſt q̄ꝫtū exultauerint ſcti pphete
cū intellexerūt ꝟginē debere naſci. ꝑ cui⁹ ptū
erāt ab eterna dampnatōe liberādi. De ipa ḡ
oēs pphe p̄dixerūt. Et p̄mo ꝙ deberet deſcēde

Quō fuit prenūciata

re de ſemie Dauid q̄ꝛ xp̄s ab ea nat⁹ fuit de
ſemie Dauid ſm̄ carnē. vt ait apl's ad Ro. j.
Prophetauit Jſaias. xj. ſui libri. c. di. Egre
diet̄ ꝟga de radice ieſſe ⁊c̄. Scdō ꝙ appella/
ret̄ Maria: p̄dixit Moyſes Gen̄. j. di. Cō
gregatōes q̄ȝ aq̄ꝝ appellauit maria. Cōgre
gatis em̄ oib⁹ gratijs ſctōꝝ i vnū locū. ſcȝ in
aīam ꝟgis. appellauit eā Mariā. i. mare ḡ/
tiaꝝ. Oia em̄ flumia itrāt mare: ⁊ mare non
redūdat. Eccl. j. id eſt oēs grē itrāt i Mariā
⁊ tn̄ ipa nō redūdat i ſupbiā. ⁊ dr̄ maria me/
dia pducta nō correpta: q̄ꝛ ſp aucta eſt in ꝟ/
tutib⁹. Et hec dixit ſctūs Bernardin⁹ i ſmo
ne ſcdō de noie ꝟgis addēs. Redūdat tn̄ in
nos mare largitatꝭ diuie q̄ꝛ de plenitudie ei⁹
accepim⁹ oēs. i pn̄ti grām ⁊ i futuro gloriam
Tertio ꝙ deberet cōcipi ſine originali pctō:
pphetauit Dauid ps. xlv. dicēs. Adiuuabit
eā de⁹ mane diluculo. i. i p̄mo inſtāti ꝯceptō
nis: ne ꝑ pctm̄ corrūpat̄. Quarto ꝙ deberet i/
pleri ſpūſctō ⁊ ſanctificari. pphetauit Da/
uid ps. xlv. dicēs. Flumis impetus letificat
ciuitatē dei: ſanctificauit tabernaculū ſuuȝ al
tiſſim⁹. Quinto ꝙ de natiuitate ei⁹ letari de/
beret pr̄ ei⁹ iuſtus ⁊ timēs deū. ⁊ alij q̄ꝫplures
maxime fideles ⁊ deuoti. Prophetauit ideȝ
Dauid ps. xcvj. di. Lux orta ē iuſto: ⁊ rectiſ
corde leticia. Sexto ꝙ deberet i tēplo pn̄tari
pphetatū fuit ꝑ figurā. ij. Paral'. v. vbi dr̄.
Intulerūt archā federis dn̄i i locū ſuū. i. ad
oraculū tēpli i ſctā ſctōꝝ. Septīo ꝙ ibi debe/
bat cibari habet̄ Jſa. lviij. vbi dr̄. Suſtollā
te ſup altitudinē terre. ⁊ cibabo te hereditate
Jacob pr̄is tui. Vn̄ ipa poterat dicere illud
Thob. xiij. Ego cibo ⁊ potu inuiſibili q̄ ab
hoib⁹ videri nō pōt vtor. Octauo ꝙ debebat
deſpōſari h̄r i figura Thob. viij. vbi pr̄i bt̄e
ꝟginis dixit angel⁹. Noli timere dare illaȝ
iſti. huic em̄. ſ. Joſeph timēti deū debet̄ ꝯiunx
filia tua. Nono ꝙ de ſpūſctō debebat ꝯcipe et
parere filiū dei: h̄r Jſa. vij. Ecce ꝟgo ꝯcipiet
⁊ pariet filiū: ⁊ vocabit̄ nom̄ ei⁹ emanuel q̄d
eſt iterp̄tatū nobiſcū de⁹. Decio ꝙ debebat eſſe
ꝟgo i eternū: pphetatū ē Eze. xliiij. vbi iq̄t
ppha. Vidi portā i domo dn̄i clauſam. ⁊ di
xit dn̄s ad me. porta hec clauſa erit i eternū
⁊c̄. Vndecio ꝙ de ſuis ſanguib⁹ veſtiret deū
hoieȝ factū habet̄ Hiere. xxxj. vbi dr̄. No/
uū faciet dn̄s ſup terrā: femia circūdabit vi/
rū. Duodecio ꝙ amari debebat a celeſti ſpōſo
ppt̄ hūilitatē h̄r i figura Gen̄. xxix. vbi Lya
vxor iacob dixit. vidit de⁹ hūilitatē meā. nūc
amabit me vir me⁹. Jpa aūt bn̄dicta ꝟgo i/
q̄t Luc. j. Reſpexit hūilitatem ācille ſue ⁊c̄.
Tredecio ꝙ viſitaret elizabeth ⁊ zachariā vi
rū ei⁹ ſacerdotē i figura h̄r. iiij. R. iiij. vbi dr̄
Mlier ſunamitꝭ pfecta vēit ad heliſeū. De
cimoq̄rto ꝙ cātare debebat cātictū. ꝑ figurā p
phetatū ē Exo. xv. vbi maria ſoror aarō ceci
nit dicēs. Cātem⁹ dn̄o gl'ioſe ⁊c̄. Decioq̄nto
ꝙ debebat mōdo edere puulū q̄ eēt ver⁹ meſſi/
as h̄r Jſa. ix. vbi dr̄. Paruul⁹ nat⁹ ē nob: ⁊ fi
li⁹ dat⁹ ē nob. ⁊ vocabit̄ nomē ei⁹ admirabil':
ꝯſiliari⁹: de⁹ fortꝭ: pr̄ futuri ſcl'i. p̄nceps pacꝭ
ſm̄ āt trāſlatōꝫ chaldaicā h̄r. ⁊ vocabit̄ p̄ma
nēs i ſcl'a meſſyas. Decioſexto ꝙ ꝯcipiēdo ⁊
ꝑturiēdo ipm̄ n̄ admitteret ꝟgītatē h̄r Jſaie
vl. vbi dr̄. Anq̄ȝ ꝑturiet pepit ⁊c̄. ⁊ Can̄. iiij.
Ort⁹ ꝯcluſus fons ſigt⁹ emiſſiōes tue padi/
ſus Decioſeptio ꝙ a magꝭ gētilib⁹ debebat vi/
ſitari ⁊ ei⁹ fili⁹ ab eis adorari h̄r Thob. xiiij
vbi dr̄. gaudebūt i ea oēs reges t̄re adorātes
dn̄m deū iſrl'. Decioocrauo ꝙ a paſtorib⁹ de/
bebat viſitari. h̄r Hiere. vj. vbi dr̄. Veniēt
ad paſtores ⁊c̄. Decimonono de filij ſui ad tē
plū deductōe. h̄r i figura. j. R. j. vbi dr̄. Ad/
duxit pueꝝ i domū dn̄i Viceſimo de filij a/
miſſiōe. Thob. x. cepit ꝯtriſtari valde ipe et
vxor ei⁹. ⁊ ceperūt ambo ſil' flere eo ꝙ ſtatuto
tp̄e nō reūteret̄ fili⁹. Viceſimoꝑmo de ei⁹ iuē

tiõe. Thob. xj. Uidit mr̃ a lõge ⁊ cognuit fili
um ⁊c̃. Uiceſimoſcd̃o de diaboli ꝓſtratõne
Gen̄. iij. inq̃t deus diabolo. ipa ꝯteret caput
tuū. Uiceſimotertio de vite ꝯmẽdatiõe. Iu/
dith. xv. Tu gl'ia hierl'm. tu leticia iſrl'. tu ho
norificẽtia ppl'i nr̃i. Un̄ ipa dicere poſſ9t illꝺ
Job. xxvij. Nõ rephẽdit me cor meū i oi vi/
ta mea. Uigeſimoq̃rto de eiꝰ gtioſitate Gen̄
xv. c. inq̃t deꝰ. Suſpice celū ⁊ nūera ſtellas ſi
potes. Qꝺ exponit mgr̃ Bartholo. piſanus
vbi s̄. fructu. ij. Suſpice celū. i. mariā. ⁊ nu
mera ſtellaſ. i. gr̃as ⁊ dona eiꝰ Un̄ ipi dici pt
illud Heſter. xv. Amabil' es tu. ⁊ facies tua
plena grãꝝ. Uigeſimoq̄nto de eiꝰ exaltatiõe
ſup choros angl'oꝝ hr̃ pſ. xliiij. Aſtitit regi/
na a dextrꝫ tuis i veſtitu deaurato circūdata
varietate. Un̄ ꝺ illa dici pt illꝺ. ij. pal'. xvij
Facte ſr̄ ei infinite diuitie ⁊ ml'ta gl'ia.

¶ Pars tertia hꝰ ſmonis q̄ ꝺr exultatõis

A VLtra ea que dicta ſunt in p̄mo ſmo
ne huiꝰ prꝭ. ꝑte tertia poſſumꝰ ꝯſide
Gaudi/ rare q̄ztū gaudiū fuerit i celo de or/
um ꝺ na tu huiꝰ ſanctiſſime puelle. Et p̄mo q̄ztū ga/
tiuitate uiſus fuerit Gabriel angelus qn̄ deꝰ h̄ ſecre/
ꝟginis tum ei reuelauit. ⁊ miſit eū nunciū pr̄i ⁊ mr̄i
eiꝰ. Quis enarrare valeat q̄ntas gr̃as egit:
q eū ad tā mirabile opꝰ ꝑelegerit: q̄z celerit̃
⁊ cum q̄zta leticia ad parẽtes ꝟgis ꝑuenit q̄z
iocūde fuit viſus ꝑ agmīa angl'oꝝ tranſire:
atq̄z alijs angel' reuelare. poſtea ꝟo q̄z ꝟgis
ipſiꝰ natiuitatẽ nūciauit rediens ad celeſtia
q̄z magnū gaudiū ⁊ tripudiū factū ē ab om
nibꝫ angel' cū itellexiſſent mariā naſciturā
ipoꝝ dn̄ā futurā. cuiꝰ fructu eoꝝ reparāda
erat ruina. hoſtiūq̄z capita ꝯterẽda. Sꝫ q̄d
dicemꝰ de leticia quā i die natiuitatꝭ hꝰ puel
le angl'i fecert̃. Indubie em̄ vt inq̃t magiſter
Bartholomeꝰ piſanꝰ vbi s̄. fructu. x. creden
dū ē angl'os natiuitati btẽ ꝟgis iterfuiſſe. q2
om̄e ſil'e appetit ſibi ſil'e: ⁊ ei ꝯiūgit̃ ⁊ ſociat̃.
Ecc̃i. xiij. Quia ḡ totū qꝺ i maria erat ad eo
rū redūdabat grãꝝ ⁊ leticiā. Jõ arbitror de
oībꝫ btõꝝ angl'oꝝ ordibꝫ copioſā ml'titudi
nē de celo deſcẽdiſſe. q̇ ſpõſe et̃ni regꝭ naſcenti
oīs generꝭ muſicoꝝ dulciſſimū ſonitū facie/
bant. ſuauiſſimaq̄z carmia cū melliflu is ⁊ in
effabilibꝫ melodijs decātabãt. Que ipa bene
dicta puella audiẽs ⁊ itelligẽs: q2 vſuꝫ rõis
habebat: magnā dulcedinẽ ⁊ ꝯſolatõꝫ ſentie
B bat. Quid dicemꝰ ãt de ꝯſolatõe quā habue
rūt parẽtes eiꝰ: ꝑfecto hūanis n̄ pt exp̄mi ꝟ
bis. Gaudebãt em̄ p̄mo q2 cernebãt adiple/
tū qꝺ ꝑ angelū eis fuerat nūciatū. Scd̃o q2
de opprobrio ſterilitatꝭ erãt liberati. Tertio
q2 accedere poterãt ad tēplū ⁊ ſua mūera cū
alijs offerre. Quarto q2 tā mirabili dono fu
erat ditati. Si em̄ vnū ꝑuū munuſculū tri/
buit gaudiū accipiẽti. c. j. §. bñficiū. i quibꝫ
cau. feu. amit. i vſibꝫ feu. q̄ztomagꝭ tā ſingl'a
re donū filiatõis: Nihil naq̄z hñt parẽtes ḡ
tiꝰ filijs q̄s magꝭ diligūt q̄z ſeipos. l. iſti q̄dē
in fi. ⁊ ibi glo. ff. qꝺ metꝰ ca. l. liberoꝝ. ī fi. ff. ꝺ
ꝟb. ſi. ⁊ rõ ē. q2 int̃ prẽꝫ ⁊ filiū nõ ē differẽtia
niſi i ſolo noīe. l. ī ſuis. ff. de libe. ⁊ poſt. O igit̃
beata Anna q̄ hãc bñdictā puellā ꝑpiſti: dic
queſo q̄ztū dulcedinis in eiꝰ parturitiõe ꝑce
piſti ⁊ ſenſiſti. Si em̄ tāta i te mr̃e Johãnis
fecit dn̄s: ꝑfecto plura in mr̃e mr̃is ſue ꝑegit
Nõne Maria plena gr̃a te ampliꝰ ḡtifica/
uit: ſctificata te ſctificauit. illumiata te illu/
minauit. in gr̃a ꝯfirmata te i bono roborauit
ad bonū iclinata te ad ꝟtutes icliauit. tot an
geloꝝ agminibꝫ vallata te delectauit. diuīa
dulcedine recreata te ꝯſolatõibꝫ repleuit et
mẽtẽ tuā ad celeſtia eleuauit. ſi maria ſuo ad
uẽtu ⁊ filij exultare fec̃ Johẽꝫ: q̄zto magꝭ tu
am aīaꝫ gaudio repleuit: O q̄ztū itellectus
tuꝰ illumiatꝰ fuit atq̄z iflāmatꝰ affectꝰ n̄ ſolū
cū illā i vtero geſtabas. ſꝫ etiā poſt eiꝰ ortum
cū illū i brachijs geſtabaſ. amplexibuſq̄z foue
bas: atq̄z lacte tuo nutriebas. ſi ſara de iſaac:
Lya de filijs. Annaq̄z de ſamuele gaudebat.
ꝑfecto excellẽtiori iubilatõe tu exultabis ꝺ fi
lia tua meliore ac ſanctiore. ⁊ int̃ oẽs puellaſ
bñdicta. a pr̄ibꝫ figurata. ⁊ a ꝓphis p̄nūcia/
ta. q̄ ſpūſctõ repleta te q̄ꝫ mrẽꝫ ſuā repleuit:
ſicut Johẽs ſuā genitricẽ Lu. j. ¶ Sꝫ q̄d di
cemꝰ de pr̃e eiꝰ Joachim: ꝑfecto iexcogitabi/
li gaudio letabat̃. atq̄z infinitas deo gr̃as ex
hibebat q2 tā nobil' filia ei eẽt donata. Et q2
qꝺ pr̄ibꝫ antiq̄s erat ꝓmiſſū i ſe videbat ad/
impletū. Gaude igit̃ pr̃ Joachim cū filiam
habeas q̄ domꝰ Dauid honorat̃: ꝑficit̃ ⁊ exal
tatur. Tu ḡ cū filia tua oīm facta iperatrice
ſecure ꝯuoca celū ⁊ terrā ⁊ oẽs creaturas vt
tecū deū laudẽt. Decãta igit̃ ſpūſctõ plenus
cū eadẽ filia tua illud dulciſſimū canticum
Luc̃. j. deſcriptū dicẽs. Magnificat anima
mea dn̄m ⁊c̃. Quia fecit mihi magna q̇ po/
tens eſt. Si em̄ merito filij ſui Zacharias
repletꝰ fuit ſpūſctõ. vt hr̃ Luc̃. j. ꝑfecto et fi
lia tua Johãne generoſior. ⁊ ſpūſctõ magis
repleta te diuino ſpū repleuit ⁊ iubilare fec̃.
Et tūc verificatū fuit i te illꝺ Prouer. xxiij.
Exultat gaudio pr̃ iuſti. ⁊ q̇ ſapientẽ genuit
letabit̃ in eo. Brẽ q̄ꝫ ꝟgini dici poterat illꝺ
qꝺ in p̄dicto. c. ſequit̃. l. Gaudeat pr̃ tuus ⁊
mr̃ tua ⁊ exultet q̄ genuit te. Ad h̄ etiā appli

cari pōt illud pſ.xcvj. Lux orta ē iuſto.ſ. Jo
achim.⁊ rectꝫ corde leticia.ſ. vtriſqꝫ parentibꝫ
btē ꝟgis.q̄ mirꝫ i modū de eiꝰ natiuitate leta
ti ſunt. Que oia ꝯſiderās mgr̄ Bartholome
us piſanꝰ inq̄t vbi.ſ̄. Et nos ḡ gaudere i tā
ta ſolēnitate debemꝰ. Ipa em̄ oriēte lux orta ē
nob cecꝫ.infirmis medicina.ignorantibꝫ do/
ctrina.aberrātibꝫ via.pcc̄oribꝫ venia.ꝓpicia
tio deſpatꝫ. deſolatꝫ ꝯfidētia. rectꝫ corde leti/
cia.angelꝫ dn̄a.exulibꝫ patria. portꝰ naufra/
gātibꝫ.ſctis ⁊ iuſtꝫ vt celū aſcēdāt ianua por
ta ⁊ ſcala. Quare nos q̄s delictoꝝ cathēa con
ſtringit.terrenorū obūbrat nebula.ſua arte
diabolꝰ illudit.mūdꝰ blādicijs allicit.⁊ carna
lis ſp titillat libido i hꝰ alme exordio decet
gaudere:nō ſolū anglꝫ ⁊ iuſtoꝝ exēplo ſꝫ ꝓ
nr̄a vtilitate.vt eiꝰ cuiꝰ gaudioſe ortū cele
bramꝰ itercedētibꝫ meritꝫ triplici hoſte ſub/
acto a pctīs purgari:gr̄a ⁊ ꝟtutibꝫ adornati
ad eiꝰ felicē gl̄iam traſeamꝰ.

¶ De eadē excellentiſſime atqꝫ pulcerrime
ꝟginis natiuitate. Sermo quartꝰ

L

I**Vdeis noua**
lux oriri viſa eſt:gaudiū honor
⁊ tripudiū apud oēs populos
vrbes atqꝫ ꝓuīcias Heſter.viij
Licet omēs q̄ ſunt i gr̄a dei noīe lucꝫ nuncu/
pent:quibꝫ inq̄t dn̄s Matth.v. Vos eſtis
lux mūdi. Vn̄ Prouer.iiij.dr̄. Iuſtoꝝ ſemi
ta quaſi lux ſplendēs procedit ⁊ creſcit vſqꝫ
ad ꝑfectū dic. Et apl̄s.j.ad Theſ.v.omibꝫ
bonis xp̄ianis dic. Omes filij lucꝫ eſtꝫ. Vn̄
beata ꝟgo Maria excellētiori mō lucis noīe
demonſtrat:que omēs ſanctos claritate ꝑcel/
lit. Verba em̄ generaliter ꝓlata debent veri/
ficari in excellentiori ⁊ ſublimiori ſignificati
one.l.j.§.q̄ in ꝑpetuū.ff.ſi ager vecti. vel em
phi.ꝑ cū ibi no. Et ita intelligi pt̄ illud Ec/
cli.xxiiij. Lux lucē ſupat ⁊ dies dic. De ipa
em̄ dr̄ Sap.vij. Cādor eſt lucꝫ eterne ⁊ ſpe/
culū ſine macula. Splēdor em̄ dr̄ q̄tum ad
puritatē mētis. ⁊ ſpeculū ſine macula q̄tuꝫ
ad honeſtatē carnis. Tāta em̄ erat honeſtas
iſtiꝰ ſpeculi lumioſi ꝙ ab omibꝫ inſpicientibꝫ
expellebat omēs motꝰ inhoneſtos. Vn̄ ipſa
ꝟgo dicere poteſt illud Job.xxix. Lux vulꝰ
mei nō cadebat i terrā. ¶ Recte aūt ipa gl̄io/
ſa dei mater lux vocat multiplici exca. Prio
qꝛ ſicut lux habet in ſubſtātia ſua puritatem
ſic ipa claruit ſp omīmoda puritate. Vnde i
eodē.vij. Sap.c.ſubdit. Vapor eſt em̄ ꝟtu/
tis dei ⁊ emanatio quedam claritatis eiꝰ ſin/
cera. Et ideo nihil inquinatū in ea incurrit.

Verba generalia

Maria lux

Scd̄o qꝛ ſicut lux oīa corpa excellit ſua di/
gnitate.dicēte Augꝫ.in quodā ſmōe.ꝙ iter
oīa corpa lux ꝑmū locū tenet.ſic btā ꝟgo om
nia creata excedit ſua nobilitate. Jō Sap.
vij.dr̄ de ea. Sup oēm diſpoſitōem ſtellaꝝ.
id eſt angl̄oꝝ ⁊ ſctōꝝ:luci cōpata iuenit prior.
Tertio.qꝛ ſicut lux omibꝫ ſe cōicat ⁊ mox vt
oritur ꝑ orbem diffundit.ſic beata ꝟgo omni
bus beneficia ſua impartit:⁊ ſe ad ſubueniē/
dum eis ſemp exhibet paratā. Vn̄ Sap.vj
dr̄. Preoccupat eos qui ſe cōcupiſcunt vt ſe
prior illis oſtendat. Et Eccl.xxj.de implorā/
ti auxiliū eiꝰ ſcriptū eſt. Obuiabit illi quaſi
mater honorificata Quarto qꝛ ſicut lux om
nia clarificat ſua pulcritudine dicēte ambro
ſio in quodā ſermone:ꝙ lux facit vt cetera vi
ſibilia appareāt pulcra ⁊ laude digna. Ni/
hil em̄ videt niſi in lumine.vt dr̄ in.ij.de aīa
Sic beata ꝟgo ſua illuſtratiōe ⁊ illuminati
one facit opa nr̄a i ꝯſpectu dei eſſe gratioſa ⁊
ḡ ia digna. Jō de ipa dici pōt illud Luc.ij.
Lumē ad reuelatōꝫ gētiū ⁊ gl̄aꝫ plebis tue
iſrl̄. Et ad h̄ etiā applicari pt̄ illud quod ait
apl̄s ad Eph.v.ſ. Omē qd̄ manifeſtat in lu
mine ē. ¶ Quinto qꝛ ſic̄ mediāte luce cernimꝰ
ꝑ quā viā incedere debeamꝰ:ſic mediāte ꝟgi
ne bn̄dicta cognoſcimꝰ q̄ itinere ad celeſtē pa
triam ꝑuenire valeamꝰ. Jō ipi dicere poſſu/
mus illō pſ.xxxv. In lumine tuo videbimꝰ
lumē. In natiuitate em̄ ipiꝰ ꝟificatū fuit il/
lud Iſa.ix. Ppl̄s q̄ ſedebat in tenebrꝫ vidit
lucē magnā:ābulātibꝫ i regiōe vmbre mortꝫ
lux orta ē eis. Deꝰ nāqꝫ ipi ꝟgini naſcēti di/
xit illō Iſa.xlij. dedi te i lucē gētiū vt apias
oclos cecoꝝ. Sexto appellat lux.qꝛ ſic lux ē
delectabil̄ ad vidēdū.⁊ letū hoiēꝫ reddit.iux
illō Prou̇.xv.lux oclꝫ letificat aīaꝫ.⁊ Eccl
vj. Dulce eſt lumen ⁊ delectabile ocul̄ videre
ſolē. Et alibi dr̄.ꝙ lucꝫ claritas maximā ⁊ de/
lectabilē cōmoditatē ꝑbet inhabitātibus do
mos.vt pbat p.l.ꝑmū.in fi.ff.ſi vſuſfr.pe.⁊
in.l.ſi is q̄ binas.ff.de ſui. E cōtrario ꝓo ſub/
tractio lucꝫ maximū dat icōmodū icarceratꝫ
l.j.C.d̄ cuſto.re. Ita iſta ꝟgo pulcerria:q̄ vt
figuratiue ſcptū ē Sap.vij.fuit lux ſpecioſi
or ſole formoſitate ſua n̄ ſolū hoies ⁊ anglos
ſꝫ etiā ipꝫ deū letificauit. Et ſubtractō ſue cla
ritatꝫ ⁊ gr̄e nob i hac valle miſerie icarceratꝫ
maximū diſpēdiū fac̄ Jō n̄ ſolū nos eiꝰ clari
tatē ītueri deſideramꝰ:ſꝫ etiā celeſtꝫ ſuꝰ ſpōſus
h̄ affectās inq̄t illi Can.ij.c.oñde mihi faciē
tuā.ſonet vox tua i auribꝫ meis. vox em̄ tua
dulcis ⁊ facies tua decora nimis. Et Can.iiij
iterꝫ ait. Quā pulcra es amica mea q̄ pulcra

D

Lucꝫ cō moditas

es. Prio ãt dic̄ pulcra.ſ.q̄ ad corp⁹. ſc̄do idē
replicat.ſ.q̄ ad aīaʒ. de q̄ luce diuia etiā expo
nit ꝑ illō Eccl.xliij. Pulcritudinē cādoris
ei⁹ admirabit̄ ocul⁹. Jō bn̄ dr̄ i v̄bis ꝓpoſit̄
Judeis ꝛc̄. Ipa em̄ fec̄ gaudiū deo honorē
generi hūano: tripudiūq̧ angel' in ſuo ortu
De cui⁹ pulcritudīe tres ꝯſideratōes faciē⁹.
Prima dicet̄ dubitatōis
Scd̄a ꝯfirmatiōis
Tertia v̄o declaratōis
¶ Pars p̄ma h⁹ ſmonis q̄ dr̄ dubitatōis

*E Utrȝ fuerit corpalit̄ pl̄cra*

P Ro expeditōe p̄me pt̄ q̄rit̄: Utrȝ do
mina nr̄a pulcritudinē corpalē ha
buerit. Et p̄mo vr̄ q̄ nō debuerit eā
h̄re. q̄ꝛ Prou.vl. dr̄. Fallax gr̄a ꝛ vana ē pul
critudo: ſȝ i btā v̄gie minime fuit de vanitate.
g̃ nec pulcritudo. Itē pulcritudo mulierum
magna eſt occaſio mali. Un̄ Eccl.ix. dr̄ Vir
ginē ne ꝯcupiſcas ne forte ſcādalizer̄ i deco
re illi⁹. Et iterū ibidē. ꝓpt̄ ſpēm mlīer̄ m̄lti
perierūt. Sȝ btā v̄go oībꝫ debuit eē cā ſaluā
di. g̃ nulli cā ꝑdēdi. ꝛ ꝑ ꝯſequēs nō pulchra.
Itē q̄nto pl'es ſunt cauſe hūilitat̄ ꝛ caſtitat̄
atq̧ charitat̄ i aliq̄ pſona: tāto maioꝛ ꝛ for
tioꝛ eſt hūilitas ꝛ caſtitas atq̧ charitas i ea.
Ergo q̄ ſummā habuit hūilitatē caſtitatēq̧
ꝛ charitatē. oēs h̄re debuit cās ipaꝝ v̄tutum.
Quia igit̄ vt inq̄t Ouid.i.j. de faſt̄. Faſt⁹ i
eſt pulcr̄ ſeq̄turq̧ ſupbia formā̃. Un̄ ꝛ pā
phil⁹ poeta ſui li.c.ij. inq̄t. Cōcipit ingentes
aīos fiducia forme. Inq̧ modū dn̄am nō ſi
nit eſſe ſuā. Eſt q̧ʒ formoſitas cā luxurie. iux
illō Juuenal' li.iiij. Rara ē concordia forme

*Forma ꝛ pudicicia raro ſimul*

Atq̧ pudicicie. Un̄ Ouid.i epl'is ait. lis eſt
cū forma magna pudicicie. Itē ē cā inuidie.
Un̄ Ouid.ix. methaꝫ. inq̄t. Cupit formo
ſa videri. Et ſi q̄ ē illic formoſioꝛ inuidet illi.
Ergo arguēdo ꝑ locū ab oppoſit̄. oppoſitoꝝ
eī eadē ē diſciplīa.l. q̄ accuſare. ff. de accu. cū
ſi. Cū deformitas ſit cā oppoſitoꝝ.ſ. hūilita
tis: caſtitat̄ ꝛ charitat̄ q̄ nō inuidet. vt dr̄.j.
Coꝛ.xiij. vr̄ q̄ b. v̄go debuerit eē ꝛ fuerit d̄ for
mis. Itē dn̄s i icarnatōe maximā oñdit hūi
litatē. q̄ꝛ exinaniuit ſemetipꝫ formā ſui acci
piēs: vt ait apl's Phil'.ij. ſȝ maioꝛ ē hūilitaſ
aſſumere carnē de deformi q̄ʒ d̄ pulcra. q̄ꝛ q̄
to remiſſi⁹ ē ꝑdicatū: tāto hūili⁹ ē ſuū ſubie
ctū. §. generalit̄ arguēdo a ꝯrio. i aut̄. de dig
ni.col'.vj. g̃ dn̄s debuit naſci de deformi Sȝ
his n̄ obſtātibꝫ dico. q̄ ſic dn̄s nr̄ ih̄s xp̄s fu
it ſpecioſus forma p̄ filijs hoīm: vt ꝑdixit dd̄
pſ.xliiij. Ita btiſſima v̄go fuit pulcerrīa int̄
oēs filios ꝛ filias hoīm. Et vt inq̄t Alb. ma
gn⁹ ſup miſſus ē: ipa hūit ſumū i pulcritudi

ne q̄d̄ potuit eē i corpe mortali natura opan
te. h̄ em̄ argumētū ē fortiſſimū. Fili⁹ pulcer.
g̃ mr̄ pulcra. q̄ꝛ natura gignit ſibi ſil'e. ar.i.l.
q̄ſq̄s. C. ad legē iu. ma. vbi ait glo. ſepe ſolȝ fi
lius ſil'is eē p̄ri. Silr̄ ſolet dici q̄ op⁹ laudat
mg̃rm Un̄ inq̄t Proſp i li. epigramatū. En
miris opeꝝ ſignis oñdit̄ actoꝛ. Actoreq̧ ſuū
ꝯdita q̄q̧ canunt. Et pbat̄ hec ſnīa. §. lanci
mus.i aut̄. de mo. quē textū allegat glo. ad h̄
ꝓpoſitū.i.§. cūq̧ h̄. i ꝓhemio iſti. Op⁹ g̃ q̄d̄
eſt xp̄s ē formoſuȝ. g̃ btā v̄go ē formoſa. vt ſic
ab effectu cā demōſtret̄. ar. c. eſtote. de reg. iur.
ibi. A fructibꝫ eoꝝ cognoſcet̄ eos. q̄d̄ etiam
habet̄ Mat.vij. Effect⁹ em̄ eſt demōſtratiu⁹
ſue cauſe: vt dr̄ in li. de cauſis.iij. phiſic̄. ꝛ.j.
poſterioꝝ. Quāta aūt fuerit xp̄i pulcritudo
apparet ex h̄ q̄d̄ dr̄ Mar.xiiij.ſ. q̄ iudei ve
lauerūt faciē xp̄i cū illuderēt ei in paſſione. ꝛ
cōſpuebāt i faciē ei⁹. Q̄d̄ fecerūt ſm̄ Hiero.
q̄ꝛ oculi xp̄i erāt tantū attractiui tātūq̧ amo
roſi ꝛ tantū dulces q̄ null⁹ erat ſic crudel' ipꝫ
aſpiciens quin manſueſceret ex aſpectu eius
pulcerrimo. ꝛ iō nolebāt ei⁹ decorā faciem vi
dere ne eoꝝ corda crudelia manſueſcerent ex
elegantia ꝛ venuſtate ipſi⁹. Legit̄ q̧ʒ de pul

*Ep'la de pulcritudīe Jeſu*

critudine filij btē v̄gis. q̄ tpibꝫ Octauiani
imꝑatoꝛ̄ cū ex vniuerſis mūdi ptibꝫ illi qui
ꝑerant p̄uicijs ſcriberēt ſenatoribꝫ rome no
uitates que occurrebāt ꝑ mūdi climata q̄dā
noīe Lentul⁹ hn̄s officiū i ptibꝫ iudee: ſcri
pſit ſenatoribꝫ i hūc modū. Apparuit tpibꝫ
iſtis hō magne v̄tut̄ noīat⁹ Jeſus xp̄s q̄ dr̄
a gētibꝫ ꝓpha v̄itat̄. quē ei⁹ diſcipuli vocāt
filiū dei. ſuſcitās mortuos ꝛ ſanās lāguidos
hō quidem ſtature ꝓcere. vultu venerabilis
quē intuentes poſſent diligere ꝛ formidare.
Capillos habēs colorꝫ nuc̄ auellane ꝛ p̄ma
ture. ꝛ planos fere vſq̧ ad aures. ab auribuſ
v̄o circinos: criſpos ꝛ aliq̄nto ceruliores ꝛ ful
gētiores ab hūer̄ v̄tilātes. diſcrimē hn̄s in
medio capit̄ iux morē nazareoꝝ. frōtem pla
nā ꝛ ſereniſſimā cū facie ſine ruga ꝛ macula
aliq̄ quā ruboꝛ moderat⁹ venuſtat: naſi ꝛ or̄
n'lla ē ꝓrſus rephēſio. Barbā hn̄s copioſam
ꝛ ipuberē capill' ꝯcolorē. nō lōgā ſȝ bifurcatā
Aſpectum hn̄s maturū. ocul' glauc̄ varijs ꝛ
clar̄ exiſtētibꝫ. In icrepatōe horribil'. in ad
monitōe blād⁹ ꝛ amabil'. hilar̄ ſuata g̃uita
te. nūq̧ viſus ē ridere. flere āt ſic. In ſtatura
corpis ꝓpagat⁹ ꝛ erect⁹. man⁹ hn̄s ꝛ brachia
i viſu delectabilia ꝛ tot⁹ ſpecioſus forma p̄e
filijs hoīm. Hec ibi. Ex q̄bꝫ ꝯcludit̄ matrē
ipi⁹ fuiſſe pulcerrimā. Jō illi dicere poſſum⁹
illō Heſter.xv. facies tua plēa eſt grāꝝ. Q

*f*

Euāgeliſte n̄ laudāt mariam de ei⁹ pulcritudine

aūt euāgeliū nihil ſcribit ſup eo: pn̄t eē pl'es
cauſe fm̄ Albertū vbi. s̄. Una q̄ cū dn̄a nr̄a
nobis poſita ſit ī ſpeculū ⁊ exēplū ſoluos fie/
di: nō eā voluit euāgeliū laudare de talib⁹ q̄
rum appetit⁹ iordinat⁹ vl' abuſus ē multis
cā pdēdi. Alia cā ē ſcp̄ture ſufficit h̄ p locum
a minori inferre. q̄ q̄cq̄d bonitatis vl' pulcri
tudinis in aliquo ſctōꝝ fuit: h̄ ī ipa minime
dubitem⁹ defuiſſe. Un̄ ſcp̄tura mag̃ laudat
eā hoc tacite ſupponēdo q̄ꝫ ꝯberen⁹ explican
do. Tacēdo em̄ p reuerēcia regulā nob tradi
dit infallibilē. q̄ q̄cq̄d boni vl' laudis ī aliis
fuit: h̄ de ipa nō oporteat dubitari. nec ī q̄ſtio
nē venire debeat qd̄ nefas ē dubitare. vt pbat
tex. in. l. domicius labeo. ff. de teſta. ⁊ ibi gloſ.
vbi em̄ nulla eſt dubitatio: ibi ſupuacua eſt
ſcp̄tura. l. j. ī fi. ff. ad muni. facit. ff. de capti. et
poſtli. re. l. poſtliminiū. §. fi. ⁊ de cōdi. inſti. l.
hec v̄ba. ⁊ de vſurꝭ. l. ſi ſtipulat⁹. ⁊ de le. j. l. ſi
qn̄ q̄s. ⁊. l. ſi creditori. ⁊ de carbo. edic. l. qd̄ la
beo. ⁊ de mino. l. ī cauſe. j. rn̄ſo. ⁊ de v̄. ob. l. do
li. ⁊. l. ſi ſic ſtipulat⁹. ⁊. l. ſi dari. ⁊. C. de iur. de
l. j. ⁊ de theſau. l. j. ⁊ arbi. tu. l. cū iterdicte. Itē
ſicut angeli ſummi a donis melioribus laudā
tur ⁊ denoiant̄ ⁊ nō ab inferioribus q̄ tn̄ ī ipis
eſſe nō dubitant̄. Ita ⁊ beata v̄go donis no/
biliſſimis ſpūalib⁹ ⁊ gratuitꝭ pleniſſima: ita
occupat ⁊ implet aīas laudātiū euāgeliſtarū
q̄ obliuiſcunt̄ bonoꝝ corpaliū atq̄ꝫ illa ptere
unt. Itē euāgeliū mag̃ reſpicit ſpūalia. Lex
aūt vet⁹ pl⁹ corpalia. pprīū ḡ eſt euāgelij de
gratuitis laudare. veteris aūt teſtamēti cor/
poralia cōmēdare. Ideoq̄ꝫ dn̄a nr̄a ī veteri te/
ſtamēto de pulcritudine corpali cōmēdat̄ p fi
guras. In teſtamēto aūt nouo de ſpūali pfe/
ctiōe p anglos ⁊ euāgeliſtas. Raro enim vel
nuſq̄ꝫ ī nouo teſtamēto inenit̄ q̄ aliq̄s de cor/
porali pulcritudie ꝯmēdet̄. Hec Albert⁹ vbi
ſup̄. ¶ Nō obſtat mō qd̄ obiectū fuit d̄ vani

Solutō argumētorum

tate pulcritudis corpal'. q̄r ī ea auctē Salo/
mon nō appellauit pulcritudinē vanā q̄r ſit
mala de ſe. ſꝫ q̄r caduca ē ⁊ paꝝ durabilis ſicͭ
⁊ alia trāſitoria. iuxta illud Saluſtij in cati
linario. Natura diuitiaꝝ ⁊ forme gl'ie fluxa
atq̄ꝫ fragil' ē. Un̄ Sen̄. ī ypolito inq̄t. Res ē
forma fugax. ⁊ Ouid. xv. metham̄. Nec ſpe/

Pulcritudo trāſit

cies ſua cuiq̄ꝫ manet ⁊c̄. ⁊. iij. de triſtib⁹. Iſta
decēs facies lōgꝭ viciabit̄ annis. Rugaq̄ꝫ ī an
tiq̄ frōte ſenil' erit. Cūq̄ꝫ aliq̄s dicet: fuit hec
formoſa dolebis. Et ſpeculū mēdax eē q̄rere
tuū. Et Calphurni⁹ ī bucolicꝭ dic. Nō hec
ſp erꝭ pdūt ⁊ gēmia flores ⁊c̄. Et iō Uirgili⁹
in bucolicꝭ ait. O formoſe puer nimium ne
crede colori. Alba liguſtra cadunt vaccinia
nigra legūt̄. Oīa ḡ tpalia caduca ſ't ⁊ vana.
de q̄b⁹ idē Salomon inq̄t Eccs. j. Vanitas
vanitatū ⁊ oīa vanitas. Ipa enī pulcritudo
amittit̄. iux̄ illd̄ Ouid. ī lib. de medicamie fa/
ciei. formā populabit̄ etas. Et placid⁹ rugis
vult⁹ arat⁹ erit. Et idē ī. ij. de arte amādi ait.
Forma bonū fragile ē: q̄ꝫtūq̄ꝫ accedit ad an/
nos. Fit mior ⁊ ſpacio carpit̄ ipa ſuo. Nō ſe
quit̄ ḡ ex pdictꝭ q̄n formoſitas corpal' q̄r ī ſta
tu vie nō erat pmanēs nō debuerit eſſe ī bea/
ta v̄gine: ſic fuerūt alia bona corpalia. vt for
titudo ⁊ hmōi. que tn̄ cū tpe deficiūt. iuxta il
lud Ouid. ij. de ponto. Oīa deficiūt: animuſ
tn̄ oīa vincit. ¶ Nō obſtat etiā qd̄ obiectum
fuit de mali occaſione. Quia rn̄det̄ q̄ pulcri/
tudo corpal' ſimpl'r in ſuo genere eſt bona. et
nob p̄ōt eſſe vtil'. Oīa em̄ pulcra creauit de⁹
ad vtilitatē nr̄aꝫ. vn̄ ps̄. inq̄t. Delectaſti me
dn̄e in factura tua. nā a magnitudie ſpēi po
terit creator cognoſci vt ait Salomō Sap.
xiij. Bon⁹ ḡ ⁊ pulcer de⁹ ī mūdo creauit bona ⁊
pulcra. Un̄ Boeci⁹ li. iij. de ꝯſol'. ait. Pulcꝫ
pulcerrim⁹ ipe mūdū mēte gerēs ⁊c̄. Nihil
aūt bonū ē in q̄ nō ꝯtingat malos ſcādaliza/
ri. q̄ nō tm̄ in xpo hoīe ſcandalizabant̄. ſicut
ſcp̄tū eſt Mar. vj. Un̄ Mat. xj. ⁊ Lu. vij.
dicebat ſaluator. Beat⁹ q̄ nō fuerit ſcādali/
zat⁹ ī me. Immo ī ipo deo ſcādalizabāt̄. Un̄
ſup illd̄ ps̄. lxxij. q̄ꝫ bon⁹ iſrl' de⁹ his q̄ recto ſꝫ
corde. glo. inq̄t. pūerſis aūt pūerſus eē vide
tur. Tal' aūt occaſio mali ſiue ſcādali paſſiui
nō eſt viciū bonā naturā habētis: ſꝫ culpam
patiētis. Sicut ⁊ ipi demones ī pulcerrima
dei iuſticia ſcandalizant̄. Un̄ ps̄. ait deo. Su
perbia coꝝ q̄ te oderūt aſcēdit ſp. Nec pp̄t h̄
in deo dꝫ eſſe iniuſticia. q̄r mali vel demones
ſcandalizēt̄ ī e⁹ iuſticia. marie cū boni ī ea edi
ficent̄ vn̄ mali ſcādalizant̄. Iō inq̄t Aug. in
c. de occidēdis. xxij. q. v. Abſit vt ea q̄ pp̄ter li
citum ⁊ bonū facim⁹ ⁊ habem⁹ ſi q̄d pp̄ter h̄
cuiq̄ꝫ mali p̄ter noſtrā voluntatem acciderit
nobis īputet̄. q̄d em̄ eſt ī vſu hoīm bono ⁊ li/
cito vn̄ nō poſſit pnicies irrogari. Hec ille.
Alioq̄n nō eſſent in domib⁹ fiēde feneſtre q̄r
q̄s poſſet ſe inde pcipitare. nec plātāde arbo
res. q̄r q̄s poſſet ſe in eis ſuſpēdere. nec ferrā
di eq̄: q̄r poſſent alicui nocere. nec debuiſſꝫ de/
us cornua bob⁹ facere: q̄r his poſſent ferire.
Adūſam ḡ fortunā maloſ q̄ꝫ euētus ſpectari
neq̄ꝫ ciuile neq̄ꝫ naturale eſt. l. int' ſtipulantē.
§. ſacrā. ff. de v̄. obli. Sil'r licet in ꝯſeq̄ntiaꝫ
aliq̄d malū eueniret ex pulcritudine: illd̄ nō
dꝫ attendi: ſed bonum principale ad qd̄ cre/
ata eſt. regula em̄ eſt q̄ illud attendit̄ quod

p̄ncipaliter agit̄.l.ſi q̄s nec cām.ff.ſi cer.pe.⁊
l.j.ff.de aucto.tuto. ¶ Cōgrua ḡ fuit pulcri/
tudo btiſſime v̄gis ad ſui cōmendatiōem
vt naturā pficeret ⁊ grām augmētaret.q: vt
īquit Virgili⁹ ī.v.enyedos.Gratior ⁊ pul
crio: veniēs in corpe v̄tus.Adiuuat.⁊ Oui
dius.Forma pudicicie rara:ſed apta comes
Vñ Frācīſc⁹ petrarcha ī ſuis triūphis ait.
Et la cōcordia che ſi rara al mondo con ſum
ma pudicicia alma beltada.Non debuit igit̄
btiſſima v̄go illo bono p̄uari qd̄ ab oībꝫ na/
turalit̄ deſiderat̄.ſ.ꝙ ſint pulcri.Vñ Oui.j.
de arte amādi ait.Delectāt etiā caſtas pco/
nia forme.Dr̄ em̄ ī cōe puerbio.Chi dio fece
bello:nō fece pouero.Ad nr̄az q̄z edificatiōz
⁊ deuotionē atq̄z ↄſolatōz:ↄgruū fuit beataz
v̄ginē eſſe pulcrā.pulcra em̄ eſt caſta genera
tio cū claritate.Sap.iiij.Ei⁹ nāq̄z aſpectuſ
nulli vnq̄z libidinoſuz deſideriū ↄcitauit:ſz
ad deuotōz poti⁹ maximā omēs īducebat.vt
dicet̄ diffuſe ī ſmōe ſeq̄nti pte.vij.⁊ aliq̄d di
cet̄ ī.iiij.pte h⁹ opis ſmōe.x.pte.j.Item ad
corpis dn̄ici cōmēdatōz ↄueniēs fuit pulcri
tudo in corpe v̄gis.Nō pt em̄ arbor bona et
nobilis fructū malū ⁊ ignobilē facere.Ma
thei.vij.¶ Nō obſtat etiā dū dicebat̄ ꝙ pul/
critudo eſt cā ſupbie luxurie ⁊ inuidie.q: ve/
rum eſt ī malis q̄ male ipa vtunt̄:atq̄z bonuz
ↄuertūt ī malū.bonis aūt eſt adiumētū v̄tu/
tis.ſic̄ ⁊ de diuitijs inq̄t Ambroſi⁹ in omelia
ſup Lucā.Diuitie ſicut ſunt impedimēta im/
probis:ita pbis ſunt adiumēta v̄tutis.Ad
hoc facit illud qd̄ dr̄ Eccī.xxxix.Hec oīa ſan
ctis in bona:impijs v̄o ⁊ pctōribꝫ in mala cō
uertentur.Nec eſt verꝫ ꝙ deformitas ſit cau/
ſa humilitatis vel caſtitatis aut charitatis.
cum multos deformes videamus ſupbos lu/
xurioſos ⁊ ſine charitate.imo plures q̄z pul/
cros.Nā incōpoſitio corpis ⁊ deformitas de/
notat icōpoſitōz ⁊ deformitatē mēt̄ꝫ.xlj.di.c.
vl.ī fi.Facies em̄ ſepe īdicat q̄le eſt cor.l.obſ
uandū.ff.de of.p̄ſi.l.iij.ff.de teſti.Nō obſtāt
aūt p̄dict̄ꝫ auctēs poetaꝝ q̄ in iure ſt̄ allega/
biles.l.ſi pꝫ.ff.de ſolu.l.antiq̄.ff.ſi ps here.pe.
⁊.§.itē p̄ciū.inſti.de empt.⁊ vē.⁊ ibi glo.nōt
allegādo ml̄tas ↄcordantias.q: r̄ndet̄ ꝙ for/
moſitas nō ē cā prima ⁊ īmediata illoꝝ defe/
ctuū.licꝫ poſſit eē cā remota q̄ nō attēdit̄:ſed
prima.vt ait glo.ī.l.iij.§.ex plibꝫ.ff.de acq̄.
poſ.⁊ ī.l.in oībꝫ cauſis.ff.de reg.iu.&c.eſt ī.l.
cū delaneonis.§.aſinā molendinariam.ff.de
fun.inſtruc.Qꝫ aūt formoſitas nō ſit cā īme
diata ſupbie ⁊ ceteroꝝ vicioꝝ pbat̄.nā ſi ita
eſſet:ceſſante ipa ceſſarēt ipa vicia.p locum a
rōe ceſſante.ij.phiſicoꝝ.⁊.l.adigere.§.q̄uis
ff.de iure patro.cū ſil̄ibꝫ.h̄ aūt eſt falſuz.Itē
ſi deformitas eſſet cauſa hūitalitis ⁊ ceteraꝝ
v̄tutū.ceſſante ipa ceſſarēt p̄dicte v̄tutes per
eandē rōnē.qd̄ manifeſte apparet eē falſum.
ḡ ⁊c̄.nec etiā fuiſſet maior humilitas ꝙ deus
incarnat⁹ eſſet de deformi q̄z de pulcra.humi/
litas em̄ eſt gr̄e collectiua ⁊ augmentatiua ⁊
nūq̄z diminutiua.Nō eēt ḡ filij hūiliatō ma
ior q̄ hūilitatē ⁊ dignitatē mr̄is ī ſua nobili/
tate diminueret.⁊ laudē ſue caſtitat̄ꝫ aufer/
ret.nā nō mirꝫ neq̄z laude dignū hoim opio
iudicaret.Si v̄go q: eſſet deformis ⁊ q̄ſi de/
ſpecta vir hūilis ⁊ v̄go pmaneret.ecōuerſo
aūt q̄zto v̄go btiſſima pfundior fuit hūilita
te.⁊ q̄zto ab altiori inferi⁹ ī ſeipaz deſcēdit.tā
to maior fuit filij dei hūiliatio.q̄ ſe a ſūmo ce
lo p⁹ ipaz iclinauit.Et q̄zto ipa v̄go bn̄dicta
fuit pulcrior ⁊ formoſior:tāto ei⁹ ppetua v̄gi
nitas mōo extitit mirabilior ⁊ maiori laude
digna.q: circa difficilia ↄſiſtit v̄t⁹.ij.eth.et
is grad⁹ ceteros āncellit quē labor plixior fe/
cerit anteire.l.ij.C.de of.mgr̄i offi.

¶ Pars ſecunda huius ſmonis que dicit̄
confirmationis.

Predictā ↄcluſiōz videlicꝫ btiſſimā
v̄ginē Mariam fuiſſe ⁊ eſſe pulcer/
rimā ↄfirmare poſſum⁹ multiplicit̄.
Primo aucte Alex.de ales in.iij.pte ſumme.
q.ix.mēbro.iij.arti.j.vbi ait h̄ ↄfiteri etiam
ab infidelibꝫ.Et ſ.Bonauētura ī.iij.diſ.iij.
ar.ij.q.iij.dicit de h̄ eſſe teſtimoniū iudeoruz
qd̄ nec vilipendendū eſt.Mult̄ꝫ etiā rōibꝫ
idē cōprobare valem⁹.Et p̄mo rōe figuratio
nis:quā ponit Albertus vbi.ſ.dicens.Figu
ra ſiue ſignū ſimilitudinē hr̄e debet cū ſigna/
to.ſicut relatū debet eſſe ↄforme cū referēte.l.
aſſe toto.ff.de here.inſti.Sꝫ oēs ml̄ieres bea
tiſſimā v̄ginē figurātes:teſte ſcriptura:fue/
runt pulcerrime.ḡ ⁊ btā v̄go.Minor patet
Quattuor em̄ īueniūt̄ ml̄ieres int̄ alias bea
tiſſimā v̄ginē exp̄ſſiſſime figurātes.videlicꝫ
Heſter.Judith.Rachel ⁊ Rebecca.De He
ſter ſcp̄tū ē.j.ei⁹.ca.Erat āt Heſter pulchra
valde ⁊ īcredibili pulcritudīe.ḡtioſa omniū
ocul̄ ⁊ amabil̄ videbat̄.Sil̄r de Judith legi
tur.ei⁹.viij.c.Erat āt elegāti aſpectu nimis.
Et ibidē.Cōſiderabāt faciē ei⁹ ⁊ erat ſtupor
in ocul̄ eoꝝ:q̄m ei⁹ pulcritudinē mirabātur
nimis.Et iterꝫ.Nō ē tal̄ ml̄ier ſup terraz in
aſpectu ⁊ pulcritudīe ⁊ ſenſu v̄boꝝ.Simili
mō de rebecca legit̄ Gen.xxiiij.ꝙ erat puella
decora nimis.v̄goq̄z pulcerrima ⁊ incognita
viro.De Rachel etiā ſcp̄tum ē Gen.xxix.ꝙ

Cōueniens fuit pulcritudo marie

Formoſitaſ non ē cauſa ſu/perbie.

Quattuor mulieres figurāt Mariam

erat decora facie: ⁊ venuſta aſpectu. Et ſic ſcri
ptura oēs mulieres beatā ꝟginē figurātes lau
dat de pulcritudie. ergo ↄcludit beatā ꝟginē per
Scḋa ipas figuratā fuiſſe pulcrā. ¶ Itē corp⁹ ordi/
nat ad aīam: ita ꝙ aīe nobiliori debet corpus
nobili⁹. Vn̄ pulcritudo corpis dꝫ corrnde/
re pulcritudini aīe. q2 loc⁹ dꝫ eſſe cōformis ⁊
ꝓportionat⁹ locato. iiij. phiſicoꝝ. ⁊ ij. de aīa.
⁊. l. qm̄. ⁊ aut. nouo iure ibi ſeqnti. C. de cuſto.
reo. c. ij. de cuſto. eucha. ⁊. c. ſane. de cele. miſſa.
Et nobilitas corpis attendit ſm nobilitatē
aīe ad quā ordinat. Forma em̄ ⁊ materia de/
bent eſſe ꝓportionabilia. Et hinc eſt ꝙ corp⁹
humanū eſt nobili⁹ oibꝫ corpibꝫ brutoꝝ ꝑpt
vnionē ad aīam rōnalē. Vn̄ homo dr̄ res di
gniſſima oīm creaturaruꝫ. l. iuſtiſſime. ⁊ ibi
glo. ff. de edil. edic. ⁊. §. fi. vbi gl. allegat Oui
dium. inſti. de iure natu. ge. ⁊ ci. ergo vbi fuit ꝑ/
fectiſſima pulcritudo aīe: ibi etiā ꝑfectiſſima
pulcritudo corpis debuit eſſe. Sꝫ aīma bea
tiſſime ꝟgis fuit nobiliſſima ⁊ perfectiſſima
atqꝫ pulcerrima. ergo ⁊ corp⁹ eius fuit nobiliſſi/
Ratio mū: ꝑfectiſſimū atqꝫ pulcerrimū. ¶ Item ꝑ
Tertia pulcritudinē exteriorē ducit intellect⁹ ad in
teriorē. ergo in beata ꝟgīe debuit eſſe pulcritudo
exterioꝝ: vt ꝑ ipam magis duceret itellectuſ
eius ad alioꝝ ipam inſpicientiū ad ↄtēplan
R dam pulcritudinē interiorē. ¶ Preterea pul
Quarta crum ⁊ bonū additū pulcro ⁊ bono facit ma
gis pulcrū ⁊ bonū. q2 tale additū tali: facit
magꝫ tale. vt ait phs. ij. metaphice. ⁊. vj. to/
picoꝝ. ⁊ notat i. l. baliſta. ff. ad tre. ⁊ i. l. iuris
gentiū. §. quimmo. ff. de pac. vbi moderni di
cūt ꝙ nudū pactū additū pacto nudo facit
oriri actionē. ⁊ ſic tale additū ⁊c̄. ergo pulcritu/
do ⁊ bonitas exterioꝛ addita pulcritudini ⁊
bonitati interiori facit magꝫ pulcꝝ ⁊ bonum
Sꝫ beatiſſima ꝟgo int̄ omēs puras creatu/
ras optima ⁊ pulcerrima fuit. ergo hūit pulcri
tudinē exteriorē ⁊ iteriorē. Jō in qdam pſa
quā allegat Albert⁹ vbi ſ. dr̄. Caſtiſſima cor
pore. ſanctiſſima moribꝫ oīm pulcerrima ꝟ/
Quinta go ꝟginū. ¶ Itē corp⁹ vnitū diuīitati ꝑfectiſ
ſimū ē in pulcritudie: ita vt etiā angli deſide
rēt iīpꝫ ꝑſpicere. j. Pe. j. ergo corp⁹ imediate or
dinatū ad ipm fuit ſcḋo loco pulcerrimum.
Sed illud fuit corp⁹ mr̄is ex q formatū fuit
Sexta illud qḋ diuinitati vnitū eſt. ergo ⁊c̄. ¶ Inſup
ſm phm i. ij. de aīa. ⁊. j. phiſ. a natura inſituꝫ
eſt oibꝫ aīantibꝫ ſibi ſile ꝓcreare niſi īpedimē
tum adueniat. Si ergo natura nō impediatur
vel erret: filius eſt ſilis p̄ri vel mr̄i. ergo q naſcit
de matre ⁊ non de patre: ⁊ tali opante qui nō
poteſt impediri vel errare: neceſſario erit ſi/
milis mr̄i ⁊ ecōuerſo. Et ↄſeqnter ipe beate ꝟ
ginis fili⁹ taliter ꝓcreat⁹ fuit ſilis mr̄i. Cū ergo
ipe fuerit pulcerrim⁹: incōuincibilit ↄcludi
tur mr̄em ei⁹ fuiſſe pulcerrimā. ¶ Itē ordo ē Septīa
in rebꝫ naturalibꝫ ⁊ i corpibꝫ humanis: vt ait
phs. viij. metaphice. Bonū ei vniuſi ↄſiſtit
in ordie. xj. metaph. Cū ergo natura aliqd fece
rit pulcrū ⁊ aliqd pulcri⁹. ergo ⁊ aliqd debet eſſe
pulcerrimū ſm qḋ oīa alia pulcra diſtinguū
tur: vt ait Diony. in li. de dinis noibꝫ. Natu
ra em̄ habet aliquē terminū ad quē pōt ⁊ nō
vltra. Aut ergo illū terminū alicubi contin
get repire aut nuſqꝫ. Si nuſqꝫ. ergo deficit reſpe
ctu ſuaꝝ opationū. Hoc aūt eſt falſum quia
natura nō abundat ſupfluis nec deficit neceſ
ſariis. vt dicit phs. iij. de aīa. ⁊. ij. phiſicoruꝫ
Ergo natura ſuū ſummū alicubi hꝫ in pul/
critudine. Nā in vnoqꝫqꝫ genere eſt dare ſu/
um p̄imū. x. metaph. Corp⁹ aūt naturale qn̄
qꝫ formatur a corpe naturali ipa natura operā/
te naturalit. Aliqn̄ dō opante ſpūalit. ergo
alicubi ē ſummū pulcritudis i corpe hūano
deo opāte. ⁊ alicubi ē ſummū i corpe ipa na
tura opante. Et ſic natura opans ē imediate
ſub deo opante. Sic ergo corp⁹ xpi qḋ deus ꝑ
ſeipm formauit ē ꝑfectiſſimū ⁊ pulcerrimuꝫ
in natura qḋ de⁹ potuit facere ſm ſtatuꝫ vie
vn̄ q viderūt veronicā: dicūt ꝙ pulcerrimaꝫ
⁊ glioſiſſimā repn̄tat facieꝫ. Ita corp⁹ beate
ꝟginis ad h immediate ordinatuꝫ fuit pul/
cerrimū ſm ſtatū vie qḋ natura potuit face
re ſe opante. Jō Damaſcen⁹ inqt ꝙ ipa a nul
la illuſtriū ſupat. Si ergo alie ꝟgines laudant
de pulcritudine corpali ⁊ ſpūali. vn̄ canit ec
cleſia. Pulcra facie ſꝫ pulcrioꝛ fide ⁊c̄. ergo bea/
ta ꝟgo oi laude digniſſima debuit d̄ vtraqꝫ
pulcritudine laudari. ¶ Alio qꝫ fundamēto
qḋ dr̄ formatōis ſeu opationis idem ꝓbat. M
Si em̄ ↄſideret fabricatoꝛ ipſi⁹ ꝟginis. ei⁹ ꝙ fuerit
ꝑfecto pulcritudo demōſtrat. Pro cuius de corpore
claratiōe eſt p̄mittendū ꝙ ad h ꝙ artifex pul pulcerri
crā faciat imaginē tria requirunt. ſ. ſcire. poſ ma
ſe ⁊ velle. Et idē eſt in omi alia opatione ſm
phm. ij. ethi. Tunc ſic. Deus eſt creatoꝛ oīm
⁊ auctoꝛ p̄marius omīs generationis. Vnḋ
impatoꝛ in. l. j. in p̄nci. C. de veteri iur. enuc.
dicit. Omnē ſpem noſtrā ad ſolā ſumme pro
uidentiā trinitatis habentes. vnde ⁊ mundi
totius elementa proceſſerunt. Et ſm hoc ex
poni poteſt illud Johis. j. Omīa ꝑ ipſuꝫ fa
cta ſunt ⁊ ſine ipſo factū eſt nihil. Pater aūt
⁊ mater cū ꝟtute ſolis ſunt opatores ſecūda
rij. Et ita intelligitur illud phi. ij. de genera
tione. ⁊. ij. phiſ. ſcꝫ. Sol ⁊ homo generant

hoīem. Nihil em̄ pōt opari ſol vl'hō ſine vir
tute pmi agētis.ſ.dei. Vn̄ impator i.l.j.C.de
vete.iu.enuc.dicit.ꝙ nihil pōt opari ſine dei
adiutorio. Ait ei phs.viij.phiſ. Om̄e agēs
agit in vtute pmi actiui.ꝛ iteꝝ.j.phiſi.dicit
Motus pme cauſe eſt cauſa mot⁹ ſecunde.
Et auctor in libro de cauſis inq̄t. Prima cau
ſa pl⁹ influit in effectū ꝗ̄ ſcd'a. Jō Hiero.in
c.naſci.lvij.di.inq̄t. Inter illas ſecreti vētrꝫ
anguſtias man⁹ omipotētis dei opatur ideꝫ
plaſmator corpis ꝛ aīe. Si ḡ oim̄ generatio
num ꝛ hoīm etiā̄ infideliū de⁹ eſt auctor ꝛ illo
rum pcreationi auxiliū pbet.ml'to magꝫ cre/
dendū eſt ꝙ omī ſtudio ꝛ vtute opatus ſit ī
generatiōe mr̄is ſue.p illā regl'am.q̄.topicoꝝ
Si de quo minus ꝛc. Hic aūt artifex ꝛ plaſ
mator vgīs de⁹ pmo eſt ſapiētiſſim⁹.de q̄ Ec/
cl'i.j.dr̄. Omnis ſapientia a dn̄o deo eſt ꝛ cū
illo fuit ſemp ꝛ eſt an̄ euū. Scd'o eſt om̄ipo
tens. Vn̄ ipe inq̄t Gen̄.xvij. Ego dn̄s om̄i
potens. Et iſta habent̄ in c.firmiter in pnci/
pio.de ſum.trin.ꝛ fide catho. Cū ḡ vnūqd'qꝫ
ſicut ſe habet ad entitatē:ita ſe habeat ad ope
ratiōem.vt inq̄t Cōmētator.ix. metaphice.
Et notat̄ in.l.j.ff.de ven.inſpi.ꝛ in.§.ptcrea
p alluuionē. Inſti.de rerū diui.ꝛ vniuſcuiuſ
qꝫ natura agat quod ppriū eſt ei diffinire:vt
ait Boecius.iiij.de ꝯſol'.pſa.iiij. Cuiqꝫ vnū/
quodqꝫ dirigat opa ſua ſm optimū eoruꝫ q̄
ſunt in ipſo.vt dr̄.iiij.ethicoꝝ.ꝛ notatur i.l.
item queritur.§.ſi gemma.ꝛ.l.maritus.vbi
glo.ff.loca.ꝛ.l.ſi ſeruus ſeruū.§.ſi caliceꝫ.ff.
ad legē aqui. Et facit ad hoc lex inter artifi/
ces.ff.de ſolu. Concludit̄ ꝙ deus cum infinita
ſapientia ꝛ omnipotētia ſua corpus beate v/
ginis generari pulcerrimū fecit. Et hͦ eſt qd'
dr̄ Prouer.ix. Sapientia edificauit ſibi do
mum.ꝛ pſ.lxxxvj.homo natus eſt i ea.ꝛ ipe
fundauit eā altiſſimus. Qꝫ aūt xps volue/
rit matrē ſuā eſſe formoſiſſimā quis dubitet
Si em̄ potuiſſet homo facere ad libitū ſuuꝫ
illam de qua eſſet naſciturus.nōne ipſaꝫ pul
cerrimam feciſſet? Cū igit̄ xps ab eterno ele
gerit vginē bn̄dictā vt de illa carnē aſſumerꝫ
ſicut manifeſte fuit pdictū in pſona vginis
Prouer.viij.ꝛ Ecci.xxiiij. Cumqꝫ ipe xps eſ
ſet ſapientiſſimus ꝛ omnipotētiſſim⁹ nō eſt
dubitandū q̄n etiā voluerit ſacratiſſimum
corpus mr̄is ſue omni pulcritudine decorare
Hoc aūt videns in ſpū ſapiēs Eccleſiaſtic⁹
inq̄t ſui li.xliij.c. Vas admirabile op⁹ excel/
ſi. Quis aūt niſi ſtult⁹ vel infidel' alit̄ credat
Dicite mihi o deuoti chriſtiani. Si quis ex
vobis poſſet formare illā quaꝫ ſibi vellet eli/
gere in ſpōſam:nōne ipam oī decore ac formo
ſitate relucentē facere conaret̄. De⁹ ḡ q̄ iſtam
ſanctiſſimā puellā an̄ ſecula ſibi in ſponſam
elegit:pfecto omī ſpecioſitate fulgētiſſimam
fec. Et iō illi inq̄t ipe celeſtis ſpōſus Can̄.j.
O pulcerrima int̄ mulieres.pulcre ſūt gene
tue:collū tuū ſic̄ monilia.ꝛ Can̄.v.iterū illi
dr̄. Quo abijt dilect⁹ tu⁹ o pulcerrima muli/
erū? Et.vj.c.etiā ait idē ſpōſus. Pulcra es
amica mea ſuauis ꝛ decora. ¶ Veniāt ḡ poe/ N
te antiq̄ ac oratores:ꝛ cū multꝫ fictiōibꝫ atqꝫ
ornatu vboꝝ extollāt pulcritudinē Polydo
ri. Hippolyti. Narciſi. Deiphobi ꝛ Pari/
dis. Quos pulcerrimos iuuenes int̄ omnes
mūdi hoīes fuiſſe dixērt. Laudēt etiā decorē
Europe. Meduſe Jole Deyanire Argie.
Pētaſilee Polyxene Helene Didonis La
uine Caſſandre Creuſe Proſerpine.cleopa
tre.ꝛ Lucretie int̄ oēs romanas ml'ieres pul
cerrie. Accedāt etiā hebrei ꝛ laudāt ſuos iu/
uenes formoſiſſimos.q̄ i ſacra ſcptura de for
moſitate cōmēdant̄. Int̄ quos fuit Joſeph.
Saul ꝛ Jonathas Daniel ꝛ Abſalō. Ma
gnificēt etiā ſuas ml'ieres de q̄bꝫ eadē ſcptu/
ra inq̄t ꝙ erāt formoſe. videlicet dn̄a Eua.
Sara Rachel Dina Thamar Noemi He
ſter Judith Abigail Berſabea Abiſach et
Suſanna. Profecto i cōpatiōe mr̄is dei oēs
turpiſſime ꝛ abſqꝫ vlla pulcritudie videbūt̄
¶ Vn̄ legitur de ſ. Dionyſio ariopagita pho De Dio/nyſio
athenieſi.ꝙ cū eſſet ꝯuſus ad fidē p beatum
Paulū.mot⁹ fama btē vgis deſiderio viden
di ipam ptcrit hierl'm. Cūqꝫ a btō Johe euā
geliſta fuiſſꝫ duct⁹ an̄ illā atqꝫ ei⁹ vultu aſpi
cere voluiſſꝫ:ſtatim ac ſi i lumibꝫ ocl'oꝝ eſſet
pcuſſus ſolaribꝫ radijs ex ſplēdore emanāte
de pulcerrima facie btē vgis remāſit attonit⁹
Poſtmodū vo aliq̄ntulū ad ſe reūſus dixit.
Niſi crederē in filiū tuū:de q̄ mihi p Paulū
pdicatū eſt nūc plātꝫ tuis pnolut⁹: vnum te
diuie maieſtatꝫ iſigne adorarē. Et niſi fides
adeſſet:haud mihi pſuadere poſſem deū or/
bis auctorē te eſſe pulcriorē. Sꝫ noui ꝙ is i/
cōphenſibile lumen inhabitat:a q̄ tu ad nos
radi⁹ es deſtinat⁹ vt illumiares eos q̄s pma
mulier cecos ptrituit. ¶ Simil'em etiā hyſtori
am refert beat⁹ Epiphani⁹ de pulcritudie v/
ginis gl'ioſe. Legit̄ q̄ꝫ in miracul' ipi⁹ vgis:
ꝙ tpe karoli magni regis francoꝝ clericus q̄
dam ordine leuita:vngarie regis german⁹:
beatā dei genitricē Mariam toto corde dili
gens:ei⁹ deuotiſſime horas decantabat. Hic
aūt ꝯſanguineoꝝ ſuorū deuictus impulſu et
exhortatione:adoleſcentulā quandaꝫ valde

pulcrã accepit i ſpõſam ⁊c̃. De q̃ mirabili de
mõſtratiõe ꝟginal' pulcritudis. vide in offi
cio ꝯceptõis in q̃rta lectõe ſexte diei. Cuius
ſpecioſiſſime ꝟgis pulcritudinẽ ītuẽs ſupn⁹
ſpõſus inq̃t Can̄.iiij. Tota pulcra es amica
mea ⁊ macl'a nõ eſt i te. ¶ Ei⁹ q̃ȝ pulcritudi/
nẽ ꝯſiderãs deuot⁹ Anſel.in li.orationuȝ ex
clamat dicẽs. O pulcra ad videndũ.o admi
rabil' ad ꝯtemplãdũ.o deſiderabil' ad aman
dum: quõ effugies capacitatem cordis mei?
O ꝟgo mirabilit' ſinglar̃ ⁊ ſingularit' mira
bilis: ꝑ te elemẽta renouant'. hoĩes ſaluant'.
demones ꝯculcant'. ⁊ angli reintegrant'. Hec
ille. Ex q̃b⁹ pȝ pulcritudo btẽ ꝟgis i genera
li a qua incipe debuim⁹. Nã a generalib⁹ ſp
eſt inchoandũ: vt d̃r.j.phiſicoꝝ. Vel quia
a generalib⁹ ad particularia deſcẽdere iubet
Plato vt ait Porphiri⁹ i ſuis vniũſalibus
Jõ ad tertiã ptẽ de p̃ticulari ei⁹ formoſitate
loq̃ntẽ trãſeam⁹. Nã ad pfectã cognitiõem
nõ ſufficit noticia ſolũ i generali ⁊ in ꝯfuſo.
ſȝ requirit' noticia in particulari: ſm phi ſen
tentiam.vij.ethi.

¶ Pars tertia hui⁹ ſmonis q̃ d̃r declarati
onis.in q̃ declarat' i p̃ticulari pulcritudo cor
poral' beate ꝟgis.

Quia particularit' dicta ſunt maior̃ efficacie q̃ȝ ſcripta generaliter .l.ſȝ ſi quis.§.queſitũ.ff.ſi quis cautio.l.j.
in fi.ff.ſi quis in ius vo.nõ ie.l.non ſolum.⁊
l.pomponius.ff.de pcu. Jdeo vt ad particu/
larem ꝟginis pulcritudinẽ deſcendamus eſt
ſciẽdũ ꝙ vt dicit Albert⁹ vbi ſ. Corporalis
pulcritudo conſiſtit in tribus.ſ.in debita cor/
poris quãtitate ⁊ qualitate. Jn elegãti mem
brorum diſpoſitione ⁊ ꝓportione. ⁊ in color̃
venuſtate. Jn q̃b⁹ oĩb⁹ beata ꝟgo maria ele
gantiſſima fuit. ¶ Primo cõueniens quãti/
tas corpis ei⁹ poteſt ꝓbari a quãtitate corpo
ris filij ſui quod tanq̃ȝ pfectiſſimũ in ſuis na
turalib⁹ debitã habuit quantitatẽ. Corpus
em̃ filij generat' a corpore generãtis.ita ꝙ de
tali tale generat'. ⁊ de tanto tantuȝ. niſi error
aut impotentia impediat. vel per viã accidẽ/
tis aliter fiat. vnde naturaliter magnus ma
gnum: ac paru⁹ paruũ procreat. Paru⁹ em̃
non generat magnũ naturaliter: quia nemo
dat quod nõ habet.ij elenchoꝝ. ⁊ .c. ventum
j.q.j.l.traditio.ff.de acquirẽ.rerũ domi.l.ne
mo.ff.de regu.iu.l.ſi liberam.C.quod cum eo
Cũ g̃ filius ꝟginis habuerit in ſũmo debi
tam q̃ntitatẽ: ꝯcludit' ꝙ etiaȝ beata ꝟgo mat'
habuit debitã quãtitatẽ ꝯuenientem femine
⁊ ita credim⁹: vt etiã inq̃t Albertus vbi ſup.

Corpalꝰ pulcritu doꝯſiſtit in trib⁹

Corp⁹ aũt xp̃i fuit magne ſtature ⁊ lõgitudi
nis. vt patet intuẽti ſudariũ ei⁹ in quo fuit i/
uolutũ poſt mortẽ. in ipo em̃ remãſit impreſ
ſum ſignũ ſtature ⁊ lõgitudinis ei⁹. ſicut ego
oculis ꝓprijs aſpexi. Corp⁹ aũt btẽ ꝟgis: vt
legit' in quodã li. d̃ miracul' ei⁹: fuit lõgitudi
nis triũ brachioꝝ. Jõ dic̃ ei ſponſus eius ce/
leſtis Can̄.vij. Statura tua aſſimilata ẽ pal
me. Qd̃ exponit Nicola⁹ de lyra ibi dicens.
ſcȝ ꝓpter rectitudinẽ ⁊ altitudinẽ. Erat eniȝ
ſm quoſdã de ſtirpe gigãtea ſicut eius filius
Juxta illud pſ̃.xviij. Exultauit vt gigas ad
currẽdã viã. ¶ Jn q̃litate etiã ꝯplexionis fu
it btã ꝟgo pulcritudine decorata. nõ em̃ fuit
nimis pinguis nec nimiſ macra ſȝ habuit cõ
plexionẽ q̃ ꝓuenit ex oĩm humoꝝ equalitate
ita ꝙ corp⁹ ei⁹ erat eucraticũ.i.optime ꝯple/
xionatũ. vt dic̃ Albert⁹ vbi ſ. ¶ Diſpoſitio q̃
q̃ȝ ⁊ ꝓportio mẽbroꝝ ei⁹ ſm Albertũ ibidem
fuit ꝯgruentiſſima. quod probat' ex parte ge
nerati. Jn formatiõe em̃ corporis a generã/
te ſic format' totũ a toto: ꝙ a qualibet pte ge/
nerãt̃ ſit formatio pt̃ generati ſibi correſpõ
dens. Et ad h̃ applicari pt illa regl'a ciuil' di
cens. Sic̃ ſe hȝ totũ ad totũ: ita ſe hȝ ps ad
partẽ.l.q̃ de tota.ff.de rei vẽ.l.an ps.ff.ꝑ dere
lic.l.q̃ ſcit.i pn.ff.de vſur̃.l.i rõne.§.prorſus
ff.ad legẽ fal.⁊ de admi.tu.l.ſi duo.i fi.⁊ d̃ ac
qui.he.l.ſi ſeru⁹ eius. ⁊ de pac.l.iuris gentiũ
§.adeo. Jnter generantẽ g̃ ⁊ genitũ natura/
liter ⁊ regulariter eſt ſinguloꝝ membroꝝ ad
inuicẽ ſimilatio in forma ⁊ figura niſi ꝑ viã
accidẽtis impediat'. Cũ igit' in corpe dñico
formãdo nullũ potuerit accidere ipedimẽtũ
cui⁹ formator extitit ſpũſſctũs. Jſa.lxiij. vbi
d̃r. ſpũſſctũs ductor ei⁹ fuit. Jdeo membra
illi⁹ corporis fuerũt elegantiſſime diſpoſitio
nis ⁊ ꝯgruentiſſime ꝓportiõis. ita ꝙ ocli nõ
fuerũt nimis grãdes vel p̃ui reſpectu alioꝝ
membroꝝ. ſimiliter aures: gene: os: brachia
man⁹: tybie: ⁊ hmõi alia. Sȝ ſingula erant
omnib⁹ alijs correſpõdentia. g̃ ⁊ de diſpoſiti
one ⁊ ꝓportione mẽbroꝝ btẽ ꝟgis idẽ eſt di/
cendũ. Legit' aũt in p̃dicto li. miracl'oꝝ eius
ꝙ ipſa benedicta ꝟgo erat recti aſpect⁹ ⁊ deco
ra facie ac ſine aliqua ruga. De formoſitate
etiã ei⁹ Can̄.j. loquẽs ipſi⁹ ſpõſus ait. Ecce
tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es.
¶ De ipſi⁹ quoq̃ȝ pulchritudine d̃r eiuſdem
lib.vj.c. Pulchra vt luna ⁊c̃. Et ipſa inquit
Ecci.xxiiij. Ego q̃ſi oliua ſpecioſa i campis.
Qd̃ exponens Damaſcen⁹ li.iiij. ait. Ma/
ria in domo dñi plãtata ⁊ ipinguata ſpiritu
vt oliua fructifera oĩs ꝟtutis habitaculum

Lõgitu do btẽ ꝟ ginis

Quali/ tas ꝯple xionis ꝟ ginis

P

facta eſt ſpecioſum. De illa q̄z dic̄ Frāciſc⁹ pe
trarcha ĩ ſuis triumphis. poi vene coley che
ha il titol deſſere bella. Et iterȝ ibidē. Li ogi
dal ſuo bel viſo io nō volgea cū homo che in
fermo e di tal coſſa inchordo. che dolce algu
ſto ala ſalute e rea ad ogni altro piacere ceco
era ſordo ſeguendo lei per ſi dubioſi paſſi.
Che temo ancho qual hor me ne ricordo Ipi
q̄z v̄gini iterȝ dic̄ ſpōſus celeſtꝫ Cañ. vij. q̄z
pulcra es ꝛ q̄z decora chariſſima in delicijs.
¶ De ipi⁹ etiā v̄gis pulcritudie dici p̄t illud
qđ ego poſui ĩ ep̄l'a ad ſūmū pōtificē Sixtū
iiij. dicēs ipi v̄gini. Cādidior niueo rutilās
regina decore Et radijs cedit clara diana tu
is. Luna ſuū p̄dit tecū ſociata nitorē. Atq̄z
comes nullū ſol tibi lumē hȝ ¶ De colore aūt
cutꝫ ei⁹ ē ſciēdū ſm̄ Albertū vbi. ſ. q̄ fuit mi-
xt⁹ ex albo ꝛ rubeo. nā vt ait Johānici⁹. Iſte
color p̄cedit ex eq̄litate humorꝫ. alij v̄o omes
colores p̄cedūt ex ineq̄litate ipoꝝ hūoꝝ. vñ
p̄dict⁹ color ex albo ꝛ rubeo ē nobiliſſim⁹ ꝛ cor
pori eucratico determinat⁹. ꝛ a galieno ĩ tēpe-
rata cōplexiōe poſit⁹ Nā dic̄ ĩ. ij. tegni. q̄ cor
pus eucraticū ē ex albo ꝛ rubeo mixtū. ꝛ Con
ſtātin⁹ ĩ li. pātegni idē ait. Nō ſolū āt corp⁹
b. v̄gis fuit hui⁹ coloris ſꝫ etiā corp⁹ xp̄i. Vñ
de ipo ait ipa b. v̄go Cañ. v. Dilect⁹ meus
candid⁹ eſt ꝛ rubicūd⁹ pulcer ꝛ decor⁹ electus
ex milibꝫ. Iſte aūt color corpis ſignificat ite-
riorē pulcritudinē aīe. nā color cādid⁹ deno-
tat puritatē. Et iō Eccs. ix. inq̄t Sapiens.
Omi tp̄e ſint veſtimēta tua cādida Et Apo
ca. iij. dr̄. Veſtimētꝫ albis iduarꝫ. Color v̄o
rube⁹ ſignificat charitatē. Iō Cañ. iij. de fer-
culo Salomōis dr̄. Aſcēſum purpureū me-
dia charitate ↄſtrauit. Que v̄tutes ſ. puri-
tas ꝛ charitas fuerũt ĩ b. v̄gie ĩ ſūmo. Tanta
em̄ puritate nituit q̄ ſub deo neq̄t maior ĩtelli
gi ſm̄ Anſel. ĩ li. de ↄceptu v̄giali. De ipſius
aūt charitate inq̄t Viero. ĩ ſm̄ōe aſſūptiōis
totā incāduerat diuin⁹ amor. De h̄ ḡ mixto
colore v̄gis dr̄ Cañ. iiij. Sic vitta coccinea
labia tua: ꝛ eloquiū tuū dulce. Sic fragmē
mali punici: ſic gene tue ¶ Quātū ad colorē
capilloꝝ ē ſciēdū ſm̄ Cōſtātinū ĩ li. pātegni.
q̄ capilli caput cuſtodiūt ꝛ defendūt ac hōe-
ſtāt. q̄bꝫ ſi careat hō maxia ē ĩhoneſtas. ꝛ p̄ci
pue ĩ mlꝰieribꝫ. ꝛ iuꝫ h̄ fec̄ natura corpi iuua-
mēta ꝛ ornamēta. Dicūt aūt q̄dā b. v̄ginez
habuiſſe capillos cādidiſſimos: ſic̄ ꝛ capilli
filij ſui deſcribūt̄ fuiſſe cādidiſſimi: dū vidit
illū Joh. euāgeliſta q̄ inq̄t Apoc̄. j. caput ei⁹
ꝛ capilli erāt cādidi tāq̄z lana alba ꝛ tāq̄z nix
Galien⁹ aūt. ij. tegni dic̄ q̄ cerebꝝ eucraticū

De colore cutis Marie

D

De colore capillorū marie

id eſt bñ diſpōſitū dȝ hr̄e capillos rubeos. et
allegat q̄ſdā rōes q̄s breuitatꝫ cā ptranſeo. ꝛ
tales vident̄ q̄buſdā fuiſſe capilli bt̄e v̄ginꝫ
cui dr̄ Cañ. vij. Come capitꝫ tui ſic̄ purpu-
ra regꝫ iūcta canalibꝫ. Cōſtātin⁹ aūt vbi. ſ.
dic̄ cerebꝝ eucraticuȝ hr̄e capillos nigros. ꝛ
mlꝰtas rōnes allegat q̄re ĩ capite bñ cōplexi-
onato ſunt pulcriores ꝛ meliores capilli ni-
gri. Et ita dicūt q̄dā fuiſſe capillos b. v̄gis
ſicut etiā fuiſſe dicunt̄ nigri capilli ſui filij.
de q̄ ipa inq̄t Cañ. v. Come ei⁹ ſic̄ elate pal-
marꝫ nigre q̄ſi coru⁹. Vñ veronica p̄edit ni
gram barbā ꝛ nigros capillos dñm habuiſ
ſe. ḡ ꝛ mr̄ ei⁹ eiuſdē coloris videt̄ capillos ha
buiſſe: maxie cū multꝫ appareat mlꝰier ſpecio
ſior cū capillos hȝ nigros. iuꝫ illud Oracij ĩ
poetria. ſpectādū nigrꝫ oculꝰ nigroq̄z capillo
¶ Opinio tñ alia mihi videt̄ verior. ſ. q̄ do-
mina nr̄a hūit capillos aurei colorꝫ iuꝫ illud
poeticū. Femineū caput ſi vis formare deco-
rē. Crinibꝫ irrutilet: nitet aureuȝ ꝛc̄. Et iſte
color aucte Iſaac ĩ libellꝰ ſuis. ꝛ Gordonij in
libello de vrinis ē ſublimior int̄ alios colores
q̄ ſunt decē ꝛ nouē ſm̄ medicos. Non obſtat
mō q̄ xp̄s poſt reſurrectōȝ oñdit ſe btō Johi
euāgeliſte cū capite ꝛ capillꝰ cādidis. q̄a fuit
ad demōſtrādā ipaſſibilitatē ꝛ puritatē cor-
poris glioſi. Vlꝰ dicēdū q̄ Johi nō apparu-
it xp̄s: ſꝫ angel⁹ rep̄ntās xp̄m. Iō ĩ eodē capi
tulo ait ipe Johes. Vidi ſilēȝ filio homis. ĩ.
xp̄o. q̄ in euāgelio appellat̄ filius hois. vt pa
tet Matth. xvj. Quia v̄o: vt ait Nicola⁹ d̄
lyra ibidē: ipe angel⁹ apparuit Johi ĩ forma
ſacerdotꝫ vt oñderet xp̄m fuiſſe verꝫ ſacerdo
tem. Iō aſſumpſit capilloꝝ caniciē: vt ſigni
ficaret maturitatē ꝛ grauitatē q̄ dȝ eſſe in ſa
cerdotibꝫ. Nō obſtat etiā qđ obijcit̄ de nigre
dine capilloꝝ xp̄i. q̄r r̄ndet̄ q̄ diūſitas cōple
xionū facit aliū eſſe colorē capilloꝝ ĩ mulieri
bus q̄z in virꝫ. q̄r em̄ viri ſunt fortiores natu
raliter q̄z mulieres. iō cōiter hñt capillos ni
gros: qui fortiores ſunt q̄z rubei vlꝰ alij capil
li. Quia etiā viri naturalit̄ magis ſunt cali-
di q̄z mulieres. magꝫ abūdāt colerico humo
re incenſo ꝛ ſanguie aduſto q̄z femine. quoꝝ
fumoſa ſup̄fluitas expulſa p̄ capillos eos de-
nigrat. Iō nō eſt mirꝫ ſi cōiter capilli virorū
magis tendūt ad nigredinē q̄z mulieruȝ q̄s
capill⁹ aurei coloris atq̄z aliquātulū criſpus
marie ornat ꝛ venuſtat. ¶ Quidā v̄o dicūt:
q̄ xp̄s naturaliter nō habuit capillos nigros
ſed aurei coloris. verꝫ cū tp̄e paulatim nigri
facti ſunt. q̄r ab inſtāti cōceptionis vſq̄z ad
mortē ſemp̄ habuit añ oculos mentis rep-

ſentatōnē oīm penaꝝ quas ſuſtinere debebat
Vñ dixit Mat.xxvj. Triſtꝭ ē aīa mea vſqꝫ
ad mortē. Quia ḟo ex melācolia hoīs capil/
li nigreſcūt. vt inq̄t Galienꝰ i.ij.tegni. Jō
nimiꝝ ī capilli xpi nigri facti ſt. Na etiā p
pter tā ꝯtinuā repñtatiōꝫ videbat factus
etatꝭ q̄ſi q̄nq̄ginta annoꝝ. Sic pꝫ p dictuꝫ
iudeoꝝ Joh.viij. dicentiū. Quinq̄gīta an/
nos nōdu habes ꝛc̄. Beatā aūt ḟginē volu
it xꝰ ornari oī pulcritudīe q̄ vnq̄ꝫ ī aliq̄ mu/
liere repta eſt. nec accidētalit̄ facti ſunt nigri
eiꝰ capilli. Jō credunt fuiſſe tāq̄ꝫ fili aurei ꝛ
(R) aliq̄ꝫtulū criſpi. ¶ Oculos q̄ꝫ habuit pulcer
(De ocul' Marie) rimos ꝛ luciduſſimos. Vñ de ipis dicere poſ
ſumꝰ illud poeticū. Radiant vtriq̄ꝫ gemelli
Luce ſmaragdina vl' ſyderꝭ inſtar ocelli. Di
cit aūt Albertꝰ vbi.ṡ. ꝙ oculi eiꝰ erāt nigri tē
perate. Tales em̄ ocl'i ſ̄m eū ſunt nobiliores
ꝛ clariores ad vidēdū ꝛ etiā pulcriores. Jō
Cañ.iiij. ait illi ſpōſus eiꝰ celeſtꝭ. Oculi tui
colūbaꝝ. vulneraſti cor meū ſoror mea ſpōſa
mea i vno ocl'oꝝ tuoꝝ. ꝛ ī vno crine colli tui.
Et Cañ.vij. iteꝝ inq̄t. Ocl'i tui ſic piſcine i
eſebō. Jō aūt oculi bt̄e ḟgīs piſcine cōpant:
q: ſic piſcina hꝫ abūdātiā aq̄ꝝ: ita eiꝰ ocl'i pi
etate pleni i tribulatoꝝ afflictōnibꝫ effunde
bāt lachrymas cōpaſſiōis. Eſebō ḟo ꝯputa
tio interptat. p q̄ḋ ſignificat ꝙ oculi bt̄e ḟgi
nis erat magne reputatōis ppt̄ eoꝝ pulcri/
tudinē. vt exponit Nic. de lyra ſup ipo.vij.c.
Cañ. De ipſis q̄ꝫ ḟificata eſt pphia Jacob
Geñ.xlix. dicētis de Juda a q̄ deſcēdit beata
ḟgo. Pulcriores ſunt oculi eiꝰ vino ꝛ dentes
eiꝰ lacte candidiores. Ultra pulcritudinē au
tem oculoꝝ ꝛ oīm mēbroꝝ eā maxime deco/
rat indumētū regale. de q̄ pṡ.xliiij. inq̄t Da/
uid dño nr̄o Jeſu xp̄o filio eiꝰ. Aſtitit regia
a dextrꝭ tuis i veſtitu deaurato circūdata va/
ritate. Hec tñ varietas circūdans ipſam ce/
loꝝ reginā: nō ſolū eſt diuerſaꝝ pulcritudi/
num corpis. ſꝫ etiā oīm formoſitatū aīe ſan/
ctiſſima q̄ppe eiꝰ aīe oībꝫ fuit ḟtutibꝫ decora
ta. q̄bꝫ beatiſſima dei genitrix ſup oēs puras
creaturas ſp ſtuduit ſe ornare. ſciēs verū eſſe
illā poeticam ſniam q̄ ait. Corpis ob uſcat
metꝭ caligo nitorē. Et cū ḟtute pulcrior oīs
bō. Jō Hiero. i ſmone ad euſtochiū ait. Cir
cūdat eā flores roſaꝝ ꝛ lilia ꝯualliū vt ḟtu/
tes ḟtutibꝫ ulciāt ꝛ decore formoſitas augea
(S) tur. Pulcerrima ḡ fuit corpe ꝛ pulcerrīa mē/
te. Cuiꝰ nō ſolū formoſiſſimū corpꝰ cū eius
ſpecioſiſſima aīa fuit dñoꝯ ſecratū ſꝫ etiā oēs
eiꝰ actꝰ. ſenſus: cogitatꝰ ꝛ effectꝰ dei fuerūt ſp
ſtuitijs māciparī. de q̄bꝫ dic̄ pt̄ illō Treñ.iiij

Candidiores nazarei eiꝰ niue. nitidiores la
cte. rubicūdiores ebore antiq̄. ſaphiro pulcri
ores. Aſſimilant em̄ niui ppt̄ refrigeriū caſtita
tis. lacti ppt̄ mūdiciā puritatꝭ. ebori antiq̄
ꝛ rubicūdo ppt̄ feruorē charitatꝭ. ꝛ ſaphiro
ppt̄ pulcritudinē celeſtꝭ ꝯtēplatōis. Et ideo
huic pulcerrime ḟgini decantemꝰ illā pulcer
rimā laudē quā i corona ipiꝰ ḟgīs poſui. O
Maria ſtella diana virginella gratioſa. de
pieta tu ſei fōtana e de dio cara ſpoſa. O ma
ria de ſol veſtita. ꝛ cetera vſq̄ꝫ in finē ipiꝰ ca/
pituli. ¶ Sciendū eſt aūt ſ̄m ſniam phi i li. (T Quattuor cauſa/ria pul/critudi/nem)
pſpectiuoꝝ ꝙ q̄ttuor ſunt int̄ alia ex quibus
cauſat pulcritudo. Primū eſt magnitudo.
vñ ſ̄m phm.iiij.ethi. licꝫ pui poſſint dici for
moſi. q̄ñ ſcꝫ hñt debitā diſpoſitōꝫ ꝛ pportiōꝫ
mēbroꝝ. nō tñ pñt dici pulcri. q2 pulcritudo
req̄rit debitā pfectiōꝫ q̄ntitatꝭ. Res igit̄ q̄n/
to maiorē hꝫ pfectiōꝫ quātitatꝭ: tāto pulcri/
or reputat. Et iō luna pulcrior ſtellis appa/
paret. ꝛ ſtelle magne puis ſtellis pulcriores.
Rōe ḡ magnitudīs pulcerrima fuit btā ḟgo
Vñ ipa inq̄t Eccl'i.xxiiij. Ego mr̄ pulcre di/
lectōis: timorꝭ ꝛ magnitudis ꝛ ſcte ſpei. De
illa q̄ꝫ dici pt̄ illō Ezech.xxxj. Quaſi cedrꝰ
in libano pulcer ramis ꝛ frōdibꝫ. excelſuſq̄ꝫ
altitudīe ſup oīa ligna regiōis. ꝛ ſub vmbra
culo illiꝰ habitat cetꝰ gētiū plurimarū. eſtq̄ꝫ
pulcerrimꝰ i magnitudīe ſua. Omē lignum
padiſi nō ē aſſilatum ei ꝛ pulcritudini eiꝰ. ꝛ
emulata ſūt cū oīa ligna voluptatꝭ q̄ erāt in
padiſo dei. Hec ibi. Jpa etenī btā ḟgo ḋ hac
pulcritudīe magnitudīs gl'iari pt̄ dicēs illō
Eccl'i.xxiiij. Quaſi cedrꝰ exaltata ſū i libano
Scdō aūt q̄ḋ fac̄ aliq̄d videri pulcꝝ ē nūerꝰ
Vñ ponit exēplū Ari. vbi.ṡ. di. ꝙ celū ſtella
tū ē pulcriꝰ i ea pte i q̄ ſt plurime ſtelle q̄ꝫ i ea
in q̄ ſunt pauciores. Rōe aūt nūeroſitatꝭ fu/
it pulcerrima ḟgo bñdicta. q̄ q̄ ad corpꝰ i oī
pte ꝛ i ſingul' membris ſingularē habuit pul
critudinē. ꝛ q̄ ad aīam fuit decorata oīm ḟtu
tū varietate. aūt illō pṡ.xliiij. Aſtitit regina
a dextrꝭ tuis ꝛc̄. Vñ illi dicī pt̄ illō Ezec.xx/
viij. Oīs lapis pcioſus opimētū tuū. Terti (V)
um ḟo q̄ḋ pulcritudinē generat ē color. vñ
pāni tincti ꝛ colorati ſt̄ alijs pulcriores. Et
iō de optime veſtito dr̄ Ezech.xxvij. Jacin/
ctꝰ ꝛ purpura de inſulis eliſa facta ſunt operi
mentū tuū. Et ſilr̄ beatiſſima ḟgo rōne colo
ris fuit pulcerrima: vt.ṡ.xi um eſt. Fuit eti
am tincta colore nigro hūilitatꝭ. albo purita
tis. ꝛ rubeo charitatꝭ. De q̄ Cañ.j. ipa inq̄t.
Nigra ſum ſed formoſa filie hierl'm ſic pel/
les Salomonis. Vñ in eius figuram dicit

Heſter.xv. Jpa aūt roſeo colore vultuʒ pfu
ſa ⁊ gratis acnitētibꝫ ocul' ingreſſa ē ad regē
De ipa ꝗʒ dr Prouꝰ.xxxj. Byſſus ⁊ purpu/
ra indumētū eiꝰ Eſt aūt purpura veſtꝫ rega
lis quā nulli licʒ portare niſi regi. vt habeť.
C. ď veſtibꝫ oleobrꝫ.i.purpureiſ.li.xj. Quar
tū aūt qđ fac̄ aliq̄d videri pulcꝝ ē lux. vt ſup
dictū eſt. Multa em̄ que videnť i tenebris
feda ac nigra adueniēte luce pulcra apparēt
Et hoc etiā reſpectu beata virgo tota lucida
fuit pulcerrima. de qua dicit Cañ.vj. Que
Maria — eſt iſta que ꝑgrediť quaſi aurora ꝯſurgens.
lux — pulcra vt luna: electa vt ſol ⁊c̄. Vñ Berñ. i
quodā ſmone ait. Beata ꝟgo Maria cuiꝰ
vita inclita cūctas illuſtrat eccl'ias: eſt lucer/
na qua ꝯtra oēs tenebras illuminať mundi
machina. Et lumē quo deꝰ mūdū illuminat
⁊ tenebras aiaꝝ nřaꝝ fugat. ⁊ ignis corda
hoim̄ inflām̄ās: ⁊ ſuis innumeris beneficijs
mūdū clarificās. Tolle hūc ſplendorē: quid
erit mūdꝰ niſi obſcuritate plenꝰ? Et mundi
machina q̄d valeret ſi hūc ſplēdorē nō hr̄et
Tolle h̄ lumē ſolare: vbi dies: vbi claritas:
vbi ſerenitas? Certe nō niſi caliga iuoluenſ
⁊ vmbra mortꝫ ac dēſiſſime tenebre relinquū
tur. Quicūqʒ ḡ ſemitas huiꝰ lumis inſecutꝰ
fuerit nō ambulabit i tenebris ſʒ habebit lu/
men vite. Hec ille. Gloſa ꝟo ſup illđ Mat
thei.j. ⁊ nō cognouit eā: dic̄. Glʼioſa virgo
Maria dr aurora noctē horribil' obſcurita
tis ⁊ feritatꝫ expellēs. Diciť etiā luna plēa lu
mie. eterniqʒ ſol' receptiua. cuiꝰ radij plenitu
dine tāqʒ lucerna lucēs ⁊ ꝑfulgida tāta clari
tas de vultu ipſiꝰ choruſcabat ꝙ i faciē eius
Joſeph ſpōſus illiꝰ aſpicere ñ audebat. Pul
cerrimā etiā fuiſſe ꝟginē bñdictaʒ teſtať ſctā
mater eccl'ia que in officio aſſumptōis canit
Vidi ſpecioſam ſicut columbā ⁊c̄. Et iteruʒ.
Que eſt iſta que ꝓceſſit ſicut ſol ⁊ formoſa tā
qʒ hierl'm? Et rurſum ei canit. Pulcra es ⁊
decora filia hierl'm. Et in officio quottidia/
no. Specioſa facta es ⁊ ſuauis in delicijs tu/
is ſancta dei genitrix. Et iteꝝ. Specie tua et
pulcritudie tua ⁊c̄. Quintā q̄ʒ rōnem adde
re poſſumꝰ: q̄re btā ꝟgo pulcra fuit. ſcʒ ꝓpť
nouitatē. Nā oīa noua ſunt pulcritudine de
corata. §. in ſcđo. i ꝓhemio. ff. deꝰ aūt ſpōſam
ſuā ornauit q̄dam ſingulari decore. ⁊ ſpāli ac
noua claritatꝫ formoſitate. iuxͣ illud Heſter
x — viij. Judeis noua lux oriri viſa ē ⁊c̄. q̄ fuerť
Pulcri — ꝟba thematꝫ nřī. ḡ pulcerrima fuit. ¶ Poſſu
tudo ma — mus aūt eiꝰ pulcritudinē fuiſſe magnā ꝓba/
rie fuit — re ex om̄i genere cauſaꝝ. q̄ ſm phm̄.ij.phiſi.
magna — ſunt q̄ttuor. ſ. materialis. efficiēs. formalis ⁊
finalis. Prima rō ſumiť a cā materiali q̄ dr
rō ꝓpagatōis ꝑ ſemē electū ab Adā vſqʒ ad
illā. Solēt em̄ nobiles genere: eo ꝙ delicate
ſunt geniti ⁊ nutriti: ſpecioſi eſſe corpe vt ex
periētia docet. Vñ Señ. i li. tragediaꝝ ait.
Generoſa i ortꝰ ſemia exurgūt ſuos. Et facit
ad h̄ illđ poeticū. Et placidꝰ ſanguis nobile
corpꝰ alit. Fuit aūt btiſſima ꝟgo nobiliſſima
genere inť oēs puras creaturas. vt ꝓbatū eſt
in ſmōe.j. hꝰ ptꝫ. ꝑte.ij. Nā oīpotēs deꝰ ſm
ꝙ exponit Nico. de lyra ſup Geñ. ab initio
mūdi ď tpe i tps ſepauit i humano genere bo
nos a malis. ⁊ meliores a bonis: vt tandem
eſſet i orbe ppl's ei peculiarꝫ ⁊ acceptiſſimꝰ at
qʒ oī nobilitate ꝑfulgēs: de q̄ eiꝰ filiꝰ naſcereť
iuxta illud Deuť.xxxij. Qn̄ diuidebat altiſ
ſimus gētes qn̄ ſepabat filios adā. Nā ante — Nota fi
diluuiū ſepauit filios Cayn a filijs Seth. — lij dei ⁊ fi
ita vt filij cayn dicerēť filij hoim̄ eo ꝙ vicioſi — lij hoim.
erāt ⁊ carnales. Filij ꝟo ſeth dicerēť filij dei.
q: boni ⁊ ſpūales erāt. ſm illud Geñ.vj. Vi
dētes filij dei filias hoim̄ ꝙ eēnt pulcre ⁊c̄. ⁊
q: generatio ſeth ex maña pte poſtea decli a/
uit ad laſciuiā: vt pʒ ibidē. iteꝝ deꝰ ſepauit ex
tinguēdo ꝑ diluuiū vitā qʒ genꝰ. reſuatꝫ tm̄
paucꝫ de genere ſeth. q: boni erāt. ſ. noe ⁊ filijſ
eiꝰ cū vxoribꝫ Poſt diluuiū ꝟo iteꝝ ſepauit
eligēdo genꝰ ſem q̄ fuit ꝑmogenitꝰ noe. dein
de q: filij ſem ex maña pte facti fuerť idola/
tre: iteꝝ ſepauit ⁊ elegit heber. a q̄ dicti ſť he/
brei. q̄ ppl's dei peculiarꝫ dicebāť. vt declarat
Nico. de lyra ſup Geñ. Deinde elegit abraā
vt habeť Geñ.xij. ſepando euʒ a cultoribus
idoloꝝ. ⁊ poſtea Jſaac ⁊ nō Jſmaelē Geñ.
xx. Deinde Jacob ⁊ nō Eſau. Geñ.xxvij. ⁊
ꝯſeq̄nť de filijs Jacob elegit Judā ⁊ tribum
eiꝰ. ⁊ ſic ſp h̄ ordine ꝓceſſit ſepando bonos a
mal'. ⁊ taliť deduxit generatōʒ ꝟgis bñdicte
ꝑ ꝓpagatōʒ nobilioris ⁊ dignioris ⁊ magꝫ
deo grati ſanguis q̄ nūqʒ fuerit i mđo. Et io
cū ipa deſcenderit ꝑ tot nobiliſſimas ⁊ ꝑopti
mas ſtirpes ⁊ delicatiſſimas generatōes: nō
eſt dubitādū ꝙ fuit corpe ſpecioſiſſima ⁊ mo
ribꝫ vltra q̄ʒ dici poſſit nobiliſſima. Nō em̄
paꝝ affert ad moꝝ ꝑclaritatē ⁊ corpis ſpeci
oſitatē parētū nobilitas. Vñ Amb. ſup Lu
cā loq̄nſ de pentibꝫ b. Joh. baptiſte inq̄t. Do
cet āt nos ſcptura diuia ñ ſolū mores i his q̄
ꝑdicabiles ſť: ſʒ etiā parētes optere laudari
veluti trāſmiſſa imaculate puritatꝫ hereditas
i his q̄s volumꝰ laudare ꝓcellat. Voluit ḡ deꝰ
hr̄e ppl'm ſuo cultui dedicatū: ſanctiorē ⁊ no/
biliorē inť oēs pp'los mđi: q̄ ab alijs diſtictꝰ
erat diſtinctōe veſtimētoꝝ: circūciſionis ⁊ le

gis ſcp̄te: vt ex eo naſcereť mr̄ filij ſui omniū
y ſctiſſima: excellētiſſima ⁊ ſpecioſiſſima ¶ Se
cūda rō pbās bn̄dicte v̄gis pulcritudinē ſu
miť a cā efficiēte: q̄ fuit v̄t⁹ diuia. Nā vt cōi/
ter teneť Joachim ⁊ Anna pceſſerāt i diebꝫ
mult̃: ⁊ nunq̄z filios genuerāt cū eſſet Anna
ſterilis. vt ſup̄ dictū eſt in .ij. pͥmi ſmōis hu
ius ſecūde p̄tis. Miraculoſe ḡ ſublatuȝ eſt
ab ea impedimentū ſterilitatis ⁊ v̄tus gene
ratiua in Joachim robozata: vt hāc gl'ioſiſſi
mā filiā generarēt. Certū eſt em̄ q͛ opa pdu
cta v̄tute diuina pfectioza ſunt opibꝫ q̄ ſunt
Poterti/or eſt gr̄a q̄z natᷓa — pure naturalia. q: multo potētioꝛ eſt gratia
q̄z natura. vt pbat multipliciter Ambroſi⁹ i
c. reuera. de ɔſe. diſ. ij. originaliter aūt in lib.
de ſacramētis. ⁊ patuit etiaȝ in vino qđ dn̄s
fecit ex aq̄. vt habeť Joh. ij. Vn̄ Chryſ. ibi i/
quit. Nō ſimpliciter vinū ſȝ vinū optimuȝ
fecit. Talia em̄ ſunt xp̄i miracula: vt multo
his que p naturā fiunt ſpecioſioꝛa ⁊ vtilioꝛa
ſint. Cū ḡ beate v̄gis corp⁹ v̄tute diuia pͥnci
paliter ⁊ pticulari mō ɔceptū ſicut etiā pba
tum ⁊ declaratū eſt i p̄te p̄cedēti hui⁹ ſmonis
nō eſt dubitandū q͛ fuit pulcerrimū. Et pōt
ɔfirmari p̄dicta rō ſic. Beata v̄go fuit pͥmū
opus mirabile pductum a deo in nouo teſta
mēto: cū fuerit q̄ſi auroꝛa in oriente. i. in con
finio noui ⁊ veteris teſtamēti. Solent autē
artifices nouiter icipiētes alicubi opari egre
gium aliquod op⁹ pͥmo pducere. vt patȝ ma
xime in pictoꝛibꝫ. ⁊ hoc vt in arte ſua cōmen
denť. §. ſancimus. i aut. de mona. coll'. j. Te/
nendū eſt ḡ q͛ om̄ipotēs deus artifex ſumm⁹
oim: oēm hn̄s virtutē. Sap. vij. opus iſtud
pͥmū. i. beatā v̄ginē q̄ztū ad corpus ⁊ animaȝ
pduxit mirabiliſſimū. Et hec rō confirmať
p ſniam venerabilis Bede: qui ſuper Lucā
ſic ait. Nec mirū ſi dn̄s redemptur⁹ mundū
opationē ſuā inchoauit a matre: vt p quam
ſalus om̄ibꝫ opabatur: eadē pͥma fructū ſalu
tis hauriret ex pignore. Hec ille. Tertia au
Z tem rō ſumiť ex cā foꝛmali q̄ eſt aīa ipſi⁹ v̄gi/
nis bn̄dicte. de qua rōe tactū eſt ſup̄ in p̄te p̄
cedēti hui⁹ ſmonis. Et poſſum⁹ arguere ſic.
Certū eſt q͛ aīa beatiſſime v̄gis poſt animā
Nobiliſſima aīa Marie — xp̄i fuit ⁊ eſt inter oēs: imo ſup oēs nobiliſſi/
ma. Aīa v̄o ⁊ corp⁹ ſe hn̄t vt materia et foꝛ/
ma ſm ph'm in .ij. de aīa. qui ait. Aīa eſt act⁹
⁊ pfectio coꝛpis phiſici oꝛganici in potentia
vitā hn̄tis. Ergo ſicut aīa que eſt foꝛma req̄
rit corpus p materia. ita aīa digniſſima req̄
rit corpus digniſſimū ⁊ ſpecioſiſſimum. no/
biliſſimo ḡ ſpūi opoꝛtuit nobiliſſimū corp⁹
pparari. ⁊ corp⁹ optime diſpoſitū excellētiſſi
mo ſpiritui coaptari: vt pꝓoꝛtio ſit debita in
ter materiā ⁊ foꝛmā. Et iō corp⁹ gl'ioſe v̄gis
debuit eſſe optime cōplexionatū. ⁊ p ɔſequeſ
venuſtiſſime coloꝛatū. Itē optime oꝛganiza
tum. ⁊ ɔſequēter oꝛdinatiſſime figuratū. Et
poteſt hec rō cōfirmari. quia vt habeť in com
pendio theologie. li. iiij. dū beata v̄go filium
geſtabat in vtero: mira claritas ⁊ ſpecioſitaſ
in coꝛpus eius redundabat. nō ſolū em̄ i ei⁹
aīa: ſȝ etiā in coꝛpe reſplēdebat lumē diuini/
tatis. Et poſſum⁹ exemplificare de lumine i
lucerna exiſtēte a q̄ fulgoꝛ emanat. Et ſic foꝛ
ma diuinalis taliter infoꝛmauit coꝛp⁹ ⁊ ani/
mā glorioſe v̄ginis q͛ ex omni p̄te ſpecioſiſſi
ma fuit. ¶ Quarta rō ſumiť ex cā finali. Nā A
beata v̄go ideo venit in mundū vt ex ea na/
ſcereť fili⁹ dei. vn̄ firmiter credendū eſt q͛ nō
ſolū ſm aīam ſȝ etiā ſm coꝛp⁹ fuit ſuo benedi
cto filio ſimillima. Videm⁹ em̄ q͛ ſepe filij ſu
is parētibꝫ tāta ſil'itudine configuranť vt ex
eis videanť foꝛmati tāq̄z exēplari ab exēpla/
ri. Et iō dr̄ Eccl. iij. Moꝛtu⁹ ē p̄r ei⁹ ⁊ quaſi
nō eſt moꝛtu⁹. Siſ'em em̄ ſibi reliq̄t poſt ſe.
Q, ſi h̄ verificať in alijs filijs naturali mō
genit̃: multo mag̃ verificatū eſt i dn̄o Jhu
xp̄o ⁊ mr̄e ei⁹. que eū diuini ſpūs opatōe con
cepit. ⁊ quoꝝ caro ſȝ Aug. etiā eadē caro fuit
⁊ ideo inter filiū ⁊ ipam fuit i pulcritudīe ſi/
militudo. vt pbatū eſt in pͥma p̄te hui⁹ ſmo/
nis. Cū igiť xp̄s fuerit pulcerrim⁹ vt ibideȝ
oñſum eſt. Vn̄ ſup pſ. xliiij. ſm trāſlationeȝ
chaldaicā dr̄ xp̄o. Pulcritudo tua rex meſ/
ſya maioꝛ eſt q̄z oim filioꝝ hoim. ſequitur q͛
etiā ei⁹ ſanctiſſima genitrix fuit ſup oēs hu/
manas creaturas ſpecioſiſſima. Hanc enim
coꝛpalē pulcritudinē recepit xp̄s nō a patre.
quia ſicut in q̄ztū deus nō habet matrē ſed tm̄
patrē. ſic in q̄ztū homo habet matrē ſȝ nō pa/
trem. Illā ḡ coꝛpalē pulcritudinē quam alij
filij recipiūt ab vtriſq̄z parentibꝫ totā habu/
it xp̄s a ſola matre ſua benedicta. que ſm Da
maſcenū de ſuis puriſſimis ſanguinibꝫ ipm̄
generauit. ⁊ iō incōuincibiliť ɔcludiť ipſam
fuiſſe ſpecioſiſſimā p illā regl'am phi i .ij. me
taph. quod eſt cauſa alioꝝ vt ſint talia: illud
etiā eſt tale. Facit ad h̄ qđ dicūt iuriſte. ſ. q͛ Effect⁹ ē in ſua cā
illud qđ eſt in effectu: eſt etiā in ſua cauſa. vt
notať in .l. iij ff. de peci. ⁊ de peni. diſ. ij. c. pōt
diſcurſus. ⁊ §. his itaq̄z. ⁊ §. ficta. ⁊ de pſum/
pti. c. ex ſtudijs. ⁊ c. litteris. in fine. ⁊ de ſtatu
regu. c. quod dei. ⁊ de noui ope. nun. c. ij. in fi.
cauſatū em̄ ſequitur naturam ſue cauſe. Et
eiuſdem rationis eſt cauſa ⁊ cauſatum. l. ma
numiſſiones. vbi Bald. ff. de iuſticia ⁊ iure

Et qualis eſt cauſa: talis ꝓducit̃ effectus. ca.
fert. ⁊ c. vulnerato. j. q. j. ⁊ l. de pupillo. ff. de
noui ope. nū. ⁊ c. tue. de ſpon. ⁊ c. acceſſit. ⁊ c.
ex lr̃is. de deſpon. impu. ⁊ c. cū clerici. cum ibi
nota. extra de cenſibꝫ. Vñ dicit autor in li. de
cauſis: ꝙ om̃is effectꝰ habet ſil'itudinem ſue
B cauſe. ¶ Ex fructu ğ pulcerrimo ab ipſa bea/
tiſſima ꝟgine ꝓducto. ſ. dño nr̃o Jeſu xp̃o. in
quē ꝓpter eius ſpecioſitatē deſiderāt angeli
ꝓſpicere. j. Pet. j. cognoſcit̃ ſpecioſitas eiuſ/
dem pulcerrime ꝟginis. De cuiꝰ formoſita/
te anime ⁊ corpis loquēs beatꝰ Epiphanius
Mores Marie i q̃dā epl'a inq̇t. Mores eiꝰ erāt hmõi. Ho/
neſta erat ꝑ oīa. paꝫ loquēs. veloꝫ obedietie
affabilis. libere fuiens om̃ibꝫ. ſine riſu. abſq͡ꝫ
turbatione. ſine ira. libēter ſe inclinās. hono/
rabilis ad om̃es. ⁊ admirabant̃ om̃es in lo/
quela ipſiꝰ. ſtature erat magne. capillos hñs
flauos. ac bonos oculos. ⁊ tota erat ſpecioſita
te plena. ¶ Bernardꝰ quoq͡ꝫ ſup Miſſus eſt
omelia ſcd̃a ait. Virgo regia gēmis ornata
virtutū. gēmiſq͡ꝫ mētis pariter ⁊ corpis deco
re ꝑfulgida: ſpecie ſua ⁊ pulcritudine in cele/
ſtibꝫ cognita: celi ciuium i ſe ꝓuocauit aſpe/
ctum: ita vt celeſtis reg̃ animū ad ſui ꝯcupi
ſcentiā inclinaret. ⁊ celeſtē nūciū ad ſe de ſu
pernis adduceret. ¶ Euſebiꝰ etiā ſup Lucā
exponēs illud. Diſceſſit angelꝰ ab illa: inquit
Diſceſſit ab illa angelꝰ nō ſolū impetrās qd̃
optabat: ſꝫ ſtupens in ꝟginea forma ⁊ ꝟtut̃
plenitudine. Hec ille. De qua formoſiſſima
virgine loquēs Dantes in comedia paradi
ſi. c. xxvij. ait. Hoto coſi bel ciel come diuiſo
Vintiquarto ſignori adua adue. Coronati
veniano di fior daliſo. Tuti cātauan benedi
cta tue. Nele filiol dadam. ⁊ benedicte Si/
en in eterno belleze tue. Quas nob̃ cōcedere
dignet̃ oīpotēs deꝰ in eterna felicitate poſſe
ꝯtēplari: ꝑ infinita ſecl'a ſecl'oꝝ Amen.

¶ De eiuſdē electiſſime ſpōſe dei natiuitate.
Sermo quintus

E Ab eterno or/
dinata ſum ⁊ ex antiq̇s añq͡ꝫ
terra fieret. Prou. viij. c. In
ſacra ſcriptura aliqñ dr̃ ſpoſa
Aia ſpōſa dei q̄libet fidel'aīa. iux̃ illud Oſee. ij. Deſpon
ſabo te mihi i fide. trāſſumptiue i. c. fert. et. c.
ſic̄ vnguēti. ⁊ §. opponit̃. j. q. j. ⁊ de peni. di. ij.
c. ſi em̄. ⁊ di. iij. §. illd̃. ⁊ de ſacra vnctione. c.
vnico. §. qꝛ ꝟo. Hec aūt dei ſpōſa. ſ. aīa. for/
nicat̃ ꝑ pctm̄. iux̃ illud Hiere. iij. Tu aūt for
nicata es cū amatoribꝫ multꝭ. Vñ de malis
hoībꝫ q̄ ꝑ vicia fecerūt adulteria aīas ſuas q̄
ꝓus erāt dei ſponſe: exponi pōt ſpūaliter illd̃
Oſee. iiij. ſ. Spōſe veſtre adultere erunt.
¶ Aliqñ ſpōſe noīe itelligit̃ eccl'ia triūphās: Eccleſia ſponſa
de qua exponi pōt illud qd̃ dixit angelꝰ beato
Johi Apoc. xvj. dū ait. Veni oñdā tibi ſpō
ſam vxorē agni De hac etiā ſpōſa exponi pt
illud Apoc. xxj. Vidi ciuitatē ſanctā hieru
ſalē deſcēdentē de celo ſic̄ ſpōſam ornatā viro
ſuo. Aliqñ ꝟo ſpōſe noīe intelligit̃ eccl'ia mi
litans. vt i. c. oībꝫ. ⁊ c. lector. xxiiij. q. iiij. ⁊ no
tat̃ in. c. ſpōſus. xlvj. di. Et de hac ſpōſa expo
ni pt illud Joh. iij. Qui hꝫ ſpōſam ſpōſus ē
xp̃s em̄ deꝰ noſter eā ſibi deſpōſauit. Vñ oēs
xp̃iani dicunt̃ filij iſtiꝰ ſpōſe ⁊ huiꝰ ſpōſi. de
q̇bꝫ itellexit xp̃s qñ inq̇t Mat. ix. Nunq̇d
pn̄t filij ſpōſi lugere q͡ꝫdiu cū ill'ē ſpōſus. Et
Mar. ij. Nūq̇d pn̄t filij nuptiaꝝ q͡ꝫdiu ſpō
ſus ē cū illis ieiunare. Et Lu. v. eādē ſnīam
dixit. ¶ De hac deſpōſatōe eccl'ie inq̇t Pau/
lus. ij. ad Cho. xj. Deſpōdi vos vni viro ꝟ
ginē caſtā exhibere xp̃o. Virgo ei eccl'ia i die
iudicij ē ad ſui celeſtis ſpōſi nuptias ꝓducen
da: qñ media nocte clamor fiet. Ecce ſpōſus
venit: exite obuiam ei. Matthei. xxv. Ipe
igit̃ ſpōſus nr̄ ihs xp̃s ꝯcedat nob̃ eē de illis
ſpōſe ſue eccl'ie filijs. de q̇bꝫ i ꝑdicto Mat. c.
dr̃. ꝙ ornauer̃t lāpades ſuas ⁊ exierūt obuiā
ſpōſo. Spālit̃ aūt ⁊ ſingl'ariſſimo mō i ſcri/
ptur̃ diuis noīe ſpōſe itelligit̃ gl'ioſa virgo Maria ſponſa
Maria. quā oīpotēs deꝰ ſibi ab et̃no ſpōſā
elegit: vt eiꝰ vnigenitꝰ filiꝰ tāq͡ꝫ ſpōſus proce
deret de thalamo ſuo. pſ. xviij. Vñ cū ipa dei
ſpōſa ꝯcepiſſet ſaluatorē mūdi: canebāt beati
angeli in celo ⁊ ſancti pr̃es i limbo deſiderā/
tes natiuitatē xp̃i. ⁊ dicebant illud Johel. ij.
Egrediat̃ ſpōſus de cubili ſuo. De hac etiā
ſpōſa exponi pōt illd̃ Sap. viij. ſ. Hāc ama
ui ⁊ q̄ſiui mihi ſponſam aſſumere: ⁊ amator
factꝰ ſū forme illiꝰ. Deꝰ ei rex celeſt̃ adama/
uit eā ſup oēs puras creat̃as. ⁊ iō eā elegit ſi
bi i ſpōſā. Qd̃ ꝓphatū fuit Iſa. lxij. vbi de
leticia dei ⁊ deſpōſant̃. b. ꝟginē inq̇t ꝓpheta
Gaudebit ſpōſus ſup ſpōſā. Nō ſolū āt de D
us gauiſus ē i deſpōſatōe ꝟginali: ſꝫ etiā tota
celeſt̃ curia ⁊ vniuſus mūdꝰ. qd̃ i figurā ꝓ/
nūciatū fuit Heſter. ij. vbi de ipa heſter q̄ fi/
gurauit b. ꝟginē dr̃: Ducta ē itaq͡ꝫ ad cubicu
lū reg̃ ⁊ adamauit eā rex plꝰ q͡ꝫ oēs ml'eres. ⁊
poſuit diadēa regni i capite eiꝰ fecitq͡ꝫ eā regīe
ꝑ vaſthi. i. ꝑ eua. q̄ hūanū genꝰ ſuo pctō deua
ſtauit. Et iuſſit ꝯuiuiū ꝑpari ꝑmagnificum
cūct̃ ꝑncipibꝫ ⁊ ſuis ſuis ꝓ ꝯiūctōe nuptijs
heſter. ⁊ dedit requiē vniuerſis ꝓuincijs ac

dona largitꝰ eſt iuxͣ magnificētiā ꝑncipalem Hec ibi. Iſtā aūt ſpōſam ꝟginē.ſ.immaculatam q̄ztū dilexerit deꝰ:oñdit ipe q̄ Cañ.iiij. c.eā ſuauiter inuitat ad ſuū conubiū dicens Ueni de libano ſponſa mea. veni de libano. veni coronaberis. Et itez ibidē inq̄t. Uulnerafti coꝛ meū ſoroꝛ mea ſpōſa. vulneraſti coꝛ coꝛ meū.q̄ ꝟba replicat ad demōſtrādā īmenſitatē amoꝛis. Et rurſum ait. Quā pulcre ſt māme tue ſoroꝛ mea.ſpōſa mea. pulcrioꝛa ſt vbera tua vino.⁊ odoꝛ vnguētoꝝ tuoꝝ ſuper oīa aromata. Fauꝰ diſtillās labia tua ſpōſa: mel ⁊ lac ſub lingua tua.⁊ odoꝛ veſtimētoꝝ ſicͭ odoꝛ thurꝫ. Ortꝰ ꝯcluſus ſoroꝛ mea ſpōſa ortꝰ ꝯcluſus.fons ſignatꝰ.emiſſiōes tue paradiſus. Quia ꝟo electioꝫ huiꝰ ſpōſe fec deꝰ añ ſecula.idō ipa merito dicere pt̄ ꝟba thema tis noſtri.ſ. Ab eterno oꝛdinata ſum.ſ.ſpōſa dei ⁊ mr̄ filij eiꝰ.⁊ ex antiq̄s añq̄z terra fieret. id eſt añ omnē coꝛpalē creaturā.necdū erant abyſſi.i.angeli.q̄ abyſſi nūcupari pn̄t ꝓpter eoꝝ intelligētiā ꝓfundiſſimā ⁊ nature ſue excellentiā. ⁊ ego iam ꝯcepta eram.ſ.i mēte creatoꝛis mei.⁊ nata ac eius coniugio ꝑparata. Sup q̄bꝰ ꝟbis videbimꝰ decē ꝯditiōes q̄s habuit hec admirabil' dei ſpōſa.q̄s hr̄e debet oēs idonee ſpōſe cuiuſlibet magni īpatoꝛꝫ ꝑma dicek integritatꝫ.ſcd̄a ꝟtuoſitatꝫ.tertia generoſitatis.q̄rta foꝛmoſitatis.q̄nta gratioſitatis.ſexta fecūditatis ſiue fertilitatꝫ.ſeptima copioſitatis.octaua timoroſitatis.nona pudoꝛoſitatis.decima ⁊ vltima appellabitur honeſtatis.

*Spōſa [...]ata diligitur* — *Ab eterno hec ſpōſa eligitur.*

De ꝑma ſpōſe dei ꝯditiōe q̄ dr̄ integritatis

Ut diffuſe ꝓbatū eſt i ꝑma pte principali huiꝰ opis integerrimo ac imaculato dei filio opoꝛtuit eligi matrē ꝓ omīa integerrimā ⁊ immaculatā.⁊ puriſſimo deo puriſſimā ſpōſam. Et idō deꝰ pr̄ dixit filio ſuo ⁊ ſpirituiſancto. Ego volo mihi creare ⁊ facere vnā ſponſaꝫ egregiā meo modo: ita vt ſit digna maieſtatꝫ meo cōnubio. Reſpōdit filꝰ. Et ego volo mihi fabricare vnā virginē puriſſimā que idonea ſit me ꝯcipere ⁊ poꝛtare i vtero ſuo. Dixit ꝟo ſpūſſanctus. Et ego volo mihi ꝯſtruere vnū templum ſacratiſſimū in q̄ facere poſſum meū habitaculum. Tūc igit tota trinitas hāc immaculatā ꝟginē ꝯcipi ⁊ naſci fec.quā ſemp ab omī macula illibatā ꝑſeruauit. Nō em̄ fuiſſet beata virgo idonea dei ſpōſa vel mater ſi aliq̄n fuiſſet ꝑ pctm̄ diaboli adultera ⁊ ſerua. vt clariſſime ꝓbauimus vbi ſ̄. Beata ḡ Maria itegritatē ſemꝑ ꝑfectiſſimā habuit tam mentꝫ q̄z coꝛpis Un̄ verificatū fuit de ea illud.j.ad Theſ.v. Integer ſpūs veſter ⁊ aīa ⁊ coꝛpꝰ ſine querela in aduentu dn̄i noſtri Ieſu xp̄i ſ̄uetur. Ipa nāq̄z integerrima dei ſpōſa ſeruauit illud ad Titū.ij. In omībꝰ ꝑbe teipſum exemplū bonoꝝ opeꝝ in integritate. Et illō Iacobi.j. Sitis ꝑfecti ⁊ integri: in nullo deficiētes. Ut aūt eſſet talis fuit a deo ꝑparata ꝑ grām ꝓuenientē q̄ eā ꝑſeruauit ab oꝛiginali pctō ⁊ ab omībꝰ immūdicijs. Et h̄ ē q̄ō dr̄ Gen̄.xxiiij. Ipa eſt mulier quā ꝑparauit dominꝰ filio dn̄i mei. Delꝫ ꝟo nullꝰ niſi vl' inſipiēs vl' obſtinatꝰ dubitare modernis tpibꝰ pōt.q̄bꝰ eſt beate ꝟgis integritas luce clariuſ declarata. Quis em̄ ciuis:ingenuꝰ ac nobil'. q̄s ſtrenuꝰ miles.q̄s ſapiēs doctoꝛ.q̄s magnificus comes.q̄s excellēs marchio.q̄s ꝑnceps vel dux inclitꝰ.q̄s ſereniſſimꝰ rex vel īpatoꝛ meretricē ⁊ ꝯtaminatā mulierē eligeret i ſpōſam: valēs ſibi eligere ītegerrimā ꝟginē ⁊ ex omī pte puriſſimā? Oēs em̄ naturalit' appetūt ⁊ querunt hr̄e vxoꝛē intactā.c. ſi dicturi. xxij.q.vj. Quid ḡ mirꝫ ſi īpatoꝛ celi ⁊ terre deꝰ rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. q̄ ē ſctūs:īnocēs ⁊ īpollutꝰ.ad Heb.vij.voluit ſibi ſanctuꝫ ⁊ īpollutū habitaculū ꝑparare.⁊ inocēteꝫ ac īmaculatā atq̄z oī puritate repletiſſimam ſpōſam aſſumere? Ipe enim eſt ille cui dr̄.j. Paral'.xxix. Tua ē dn̄e magnificētia ⁊ ptās atq̄z victoꝛia ⁊ tibi laus. Cūcta em̄ q̄ in celo ſunt ⁊ i terra tua ſunt. Tuū dn̄e regnū.et tu ſup oēs ꝑncipes Tue diuitie ⁊ tua eſt gloꝛia Tu dn̄arꝫ oīm:⁊ i manu tua ꝟtus ⁊ potētia magnitudo ⁊ īpiū oīm. Debuit ḡ iſta ſpōſa dei īclita btīſſima ꝟgo Maria eē ſup oēs mōi creaturas ītegerrīa ⁊ mūdiſſima. q2 neq̄z hoī ꝑpabak habitatio ſꝫ deo j.Para.xxix. Un̄ ſ. Bonauētura i.iij.ſen.di.iij.ar.ij.q.j. dic̄ q2 de nulla alia pura creatura rōnabili pt̄ dici illō Cantic̄.iiij. Tota pulcra es amica mea:⁊ macl'a nō ē i te.ſicͭ de ꝟgie gl'ioſa. Et i eadē diſ.etiā inq̄t.ꝯgruū fuit vt aduocata hūani generꝫ nullū hr̄et pctm̄ q̄ō eiꝰ ꝯſcietiā remoꝛderet.⁊ q2 ipa btā ꝟgo ꝑ quā auferebak opprobriū nr̄m vinceret diabolūꝫ.nec ei vl' modicū ſuccūberet.⁊ q2 īmacl'ata eēt mēte ſicͭ fuit itemerata coꝛpe ipa ꝟgo bn̄dicta q̄ placuit altiſſimo vt mr̄ eiꝰ fieret. Ibidē etiā ait ſic ad l'raꝫ ꝑdictꝰ doctoꝛ. Dm̄ igit b.virgo aduocata ē pctōꝝ.gl'ia ⁊ coꝛona iuſtoꝝ.dei et totiꝰ trinitatꝫ tricliniū ⁊ ſpāliſſimū filij dī reclinatoꝛiū.hinc ē q2 ſpāli grā nullū i ea pctm̄ hūit locū. Hec ille. Quia aūt res dr̄ integra añq̄z poſſideak.vt in.l.ꝑ parte.ff.de bui. Ido

*Uxoꝛ intacta* — *Res integra*

beatiſſima ꝟgo a nullo diabolo vnq̄ȝ poſſeſſa
ſponſo ſuo ſꝑ fuit itegerrima. Vn̄ ipa ſola in
ter om̄es puros hoīes dicere potuit illō Pro
uer.viij. Dn̄s poſſedit me in initio viaꝝ ſua
rum. Et illud pſ̄. deo dicere valuit.ſ. Me aūt
ꝑpter innocētiā ſuſcepiſti ꝛ ꝯfirmaſti me in
ꝯſpectu tuo ieternū.

¶ De ſecūda ꝯditione ſponſe dei que dicit̃
virtuoſitatis.

f V Olentes ſpōſam dignā accipe ꝑmo
ꝛ an̄ om̄ia ſatagūt illā bonis mori/
bus ꝛ ꝟtutibꝫ ornatā iuenire. Vir/
tutes em̄ ſunt aīe tegumētū ꝛ veſtimēta ei⁹.
de pe.di.ij.c.ſapiēs.cū duobꝫ.c.ſequētibus.
Itē ſunt quaſi picture quedā ad aīme orna/
mentū.q꞉ illa aīa cōpingit̃ a deo que habet i
ſe ꝟtutū grām renitentē c.illa aīa.eadē diſ.
Item ſunt ornamēta ipſi⁹ anime q̇bus valde
decorat̃.vt probat̃ p.c.princeps.de pe.diſt.ij.
Iſtis aūt ꝟtutibꝫ ſup om̄es creaturas reni/
tuit.ꝛ ornata fuit eterni regis ſponſa gl'ioſa
virgo bn̄dicta.i cui⁹ vtero edificauit ſibi do
mū xp̄s q̇ eſt dei ꝟtus ꝛ ſapīa.c.naſci.lvj.diſ.
Quia ꝟo ꝟtus eſt veſtimētū ſalutare faciēs
aīam.ꝛ monile atq̄ȝ decoramētū aīe. Iō ipſa
ornatiſſima dei ſponſa dicere poteſt illō Iſa
ie.lxj. Induit me.ſ.ſpōſus meus veſtimēto
ſalutis:tāq̄ȝ ſpōſam ornatā monilibus ſuis.
De ꝟtuoſitate aūt ipi⁹ ſacratiſſime ꝟginis
breuit̃ hic ptrāſeo.q꞉ de illa diffuſe tractare i
tendo in q̄rta ꝑte ꝑncipali hui⁹ opis. ¶ Sci
Odor endū ē aūt ꝙ tāta fuit relucētia ꝛ fragrantia
veſtim veſtimētoꝝ btīſſime hui⁹ ſpōſe:ꝙ non poſſet
torum humana itelligētia ꝑſcrutari. Vn̄ ſctā mr̄ ec
Marie cleſia i feſto aſſumptōis eiuſdē ꝟgis ait de il/
la. Cui⁹ iextimabil' odor erat nimis in veſti/
mētis ei⁹.ſ.oīm ꝟtutū. Et hac de cā deſcribit̃
a ꝓpha Dauid pſ̄.xliiij.in veſtitu deaurato
circūdata varietate. Ipa em̄ btīſſima virgo
ſuauit illō Proſperi i li.epigramatū dicētꝫ.
Ad patriā vite de noctꝫ valle vocati. Virtu
tū gradibꝫ ſcādite lucꝫ iter. Licȝ aūt alie ſpō
Traduc ſe traducāt̃ ad habitādū i domo viri ſui.de q̄
tio ſpōſe traductōe tractat̃ in.c.nec vxorē.xxxiij.q.iiij
tn̄ hec delicatiſſima ꝛ digniſſima dei ſponſa:
ſic ſe ꝟtutibꝫ oibꝫ adornauit ꝙ talit̃ ſuū cele/
ſtē ſpōſuȝ captiuauit:vt traduci ſe ꝑmitteret
ad habitādū i domo ſpōſe ſue. Vn̄ ipa inq̇t
Eccī.xxiiij. Qui creauit me requieuit i tabna/
culo meo.H̄ ei tabnaculū tātꝫ delicijs adiple/
uit vt diceret ipe ſupn⁹ ſpōſus cū ſic adorna/
tā vidiſſꝫ ſpōſā ȝ ſuā. Hec requies mea i ſeclm
ſcli:h̄ hitabo q̄m elegi eā pſ̄.cxxxj. Iō ſalutat
b.ꝟginē ſcā mr̄ eccīa di. Salue mr̄ pietatꝫ ꝛ

toti⁹ trinitatꝫ nobile tricliniū. Verbi tn̄ icar
nati ſpāle maieſtati ꝑpas hoſpiciū.

¶ De tertia ꝯditione ſpōſe celeſtꝫ q̄ d꞉ ge
neroſitatis.

q Q Uia de nobilitate ac generoſitate
gl'ioſe ꝟgis Marie ſatꝫ dixi i ꝑ/ ſ
mo ſmone h⁹ ptis.ꝑte.ij.iō ad p̄
ſens circa hāc tertiā ꝯditionem
breui⁹ inſiſtā. Claꝝ eſt ei oibꝫ ꝙ nobiliſſima
ꝛ generoſitate p̄clariſſima eē debuit illa ꝟgo
q̄ ab eterno fuit ꝑparata vt eēt ſpōſa nō regꝫ
frācie.nō regꝫ hyſpanie.nō ipatoris terreni:
ſed regis angeloꝝ ꝛ impatoris vniuerſoꝝ il
lius q̇ p antonomaſiā ſol⁹ d꞉ dn̄s.cui om̄es
ꝑncipes ꝛ oēs creature elemētares ꝛ celeſtes
ſubijciunt̃.ꝛ cui⁹ imperiū a nullo dependet
cui⁹ poteſtas eſt eterna.ꝛ cui⁹ regnū ſtabit in
eternū. Dan̄.ij. Fuit ḡ omniū creaturaꝝ di
gniſſima ꝛ nobiliſſima.cui⁹ tāta ē dignitas
ꝙ a nemine exꝑmi poteſt.licet em̄ q̇s haberꝫ
demoſtenis horrēſij:tullij atq̄ȝ lactātij facun/
diā.deficerēt ei accōmodata vocabula et ap/
propriati termini.nec attingere poſſꝫ vl' mi
nimū gradū dignitatꝫ ſue:aut centiſimā ex/
cellētie ei⁹ ꝑtē enarrare. Muteſcit em̄ om̄is
lingua.obfuſcat̃ oīs itellect⁹ ad ei⁹ ꝯſiderati/
onē. Vn̄ Aug.in q̇dā ſmōe inq̇t. Quid noſ
tātilli.q̇d actōe puſilli i laudibꝫ Marie ef/
ferem⁹ cū etiā ſi oīm nr̄m mēbra verterent̃ in
linguas eā laudare ſufficerꝫ null⁹. Altior ei
celo eſt de q̄ loq̇mur.abyſſo ꝑfundior ē cuius
laudeſ dicere conamur. Si o ꝟgo celū te vo
cem:altior es.ſi matrē gētiū ꝓcedis. Si for
mā dei te appellē digna exiſtꝫ. Si dn̄aꝫ āge/
loꝝ ꝓuida eē ꝓbarꝫ.q̇d igit̃ digne de te dicā
q.d.neſcio. Pōt aūt Marie dignitas ac no
bilitas ꝓbari p ꝟba thematꝫ nr̄i.i q̇bꝫ ab et/
no d꞉ fuiſſe electa ꝛ ordiata tanto myſterio.
¶ Vn̄ notādū ꝙ vt ꝑt trahi ex dictꝫ ſ. Bona Treſ mē
uē.i.ij.ſen.di.ij.ꝛ b. Tho.i ꝑma ꝑte ſumme ſure enti
q.x.ar.v. Tres ſūt menſure oīm entiū ſicut um
etiā tria ſunt genera entiū. Sūt em̄ q̇dā en
tia q̄ nō hn̄t ꝑncipiū nec fine:vt entia diuia:
ꝛ ei⁹ attributa ſeu ꝑfectōes.ipeq̄ȝ ꝑſone btīſ/
ſime trinitatꝫ q̄ meſurant̃ eternitate.q̄ caret
ꝑncipio ꝛ fine.vt ait glo.i.c.j.de ſum.tri.ꝛ fi.
ca.li.vj. Quedā aūt ſunt q̄ hn̄t ꝑncipiū ſed
nō finē.vt angli ꝛ aīe rōnales.quoꝝ mēſura
d꞉ euū ſiue euiternitas q̄ hꝫ ꝑncipiū ſꝫ n̄ finē
Sūt ꝟo q̇dā entia q̄ hn̄t ꝑncipiū et finem.
vt aīalia bruta.plāte.ꝛ hmōi trāſmutabilia
ꝛ iſtoꝝ mēſura d꞉ tpſ.quod hꝫ ꝑncipium et
finē. Tps nāq̄ȝ incipit in ꝑmo inſtāti motuſ
ꝑmi mobilis.ꝛ durabit vſq̄ȝ ad diē iudicij.

Iurauit eñ angelꝰ ꝑ viuentẽ i ſcl'a ſeculoꝝ ꝙ
amplꝰ tps nõ erit. Apoc.x. Tũc eñ ceſſabit
motꝰ ꝓmi mobil'. ⁊ ꝯſequit̃ tps habebit finem
Sicut ḡ res eterne digniores ſũt euiternis
⁊ euiterne tꝑalibꝫ. ita ⁊ mẽſura eternorum .ſ.
eternitas dignioꝛ eſt euo. Euũ aũt dignius
eſt tpe. Ex q̃ apparet dignitas ⁊ excellẽtia be
ate v̾ginis q̃ nõ electa fuit ⁊ ordinata diuiõ
õnibꝫ ⁊ mr̃nitati dei ex tpe vl' euo ſꝫ eterno

ꝑ Maria nobilior omnibꝫ.

¶ Sꝫ ꝗ̃ꝫ nobilitas apparet rõne finis. Naꝫ
cũ finis ſit melioꝛ oĩbꝫ q̃ ordinãt ad finẽ.ij.
phiſic̃. Et q̃ꝫto aliq̃d ẽ ordinatũ ad nobilio-
rem finẽ tãto fit dignꝰ. ꝯcludit̃ ꝙ ſi oẽs crea
ture ſil' eſſent ꝯgregate. ⁊ ab vno latere poſi-
te ⁊ ſola gl'ioſiſſima v̾go ex alio: nobilioꝛ ⁊ ex
cellẽtioꝛ ipa ſola reputabit̃ q̃ꝫ oẽs alie ſil'. q̃a
ad nobiliorẽ effectũ ⁊ finẽ a deo ẽ electa. nihil
eñ nobiliꝰ cogitari pt̃ ipa mr̃e dei. ⁊ ꝓpt̃ h̾ vt
dicit ſcẽꝯ Bonauẽ.i.j.di.xliiij. Si oẽs cre-
ature q̃ꝫtũcũqꝫ aſcẽderẽt i gradibꝫ nobilitatꝫ
eẽnt pn̄tes oẽs deberẽt reuerẽtiã mr̃i dei. ⁊ con
cordat b. Tho.in.j.pte ſum.q.xxv.ar.vlti.
De hac etiã nobilitate gl'iose v̾ginis exponi
põt illõ Sap.viij. Generoſitatẽ eiꝰ glĩficat
ꝯtubernũ dei. Nobil' eñ vir nobilitat vxo-

Nobilitat vxoꝛ.

rẽ.l.mulieres.C.de digni.li.x. licet aũt beata
v̾go fuerit nobilis genere. ⁊ digniſſima ſan-
guine: fuit tñ dignioꝛ moribꝫ ⁊ nobilioꝛ v̾-
tutibꝫ. q̃ nobilitas ẽ excellẽtioꝛ. Vñ dꝛ ꝙ no-
bilitas moꝝ plꝰ ornat q̃ꝫ genitoꝝ.c.nos q̃.xl.
di. Et alibi dꝛ ꝙ nõ loci nec generꝫ nobilita-
te: ſꝫ v̾tute gr̃a dei acq̃rit̃.c.illud.xl.diſ. Fuit
ḡ ſponſa dei nobilius indiuiduũ tam quo ad
corpus q̃ꝫ quo ad aĩam: qõ nũq̃ꝫ fuerit i mũ
do excepto filio ſuo. qꝛ vt ſup̃ viſum eſt ſ̾mo
n: ꝓcedenti.pte vlti. deſcendit a nobilioꝛi: di
gnioꝛi ⁊ ſanctioꝛi ppl'o mũdi. Hebraicꝰ eñ
ppl's ⁊ hebraica lingua: vt inq̃t Ifi.j.ethimo.
⁊ Nico. de lyra ſup̃ ꝓlogo epl'e ad Heb. fuit
ꝓoꝛ ⁊ antiq̃oꝛ int̃ oẽs: ⁊ deo gratioꝛ ⁊ melioꝛ
Vñ felix dei populꝰ dicebat̃. iuxta illud ps̃.
Btã gẽs cuiꝰ dñs deꝰ eiꝰ: ppl's quẽ elegit in
hereditatẽ ſibi. Et ps̃.cxlvij. dic idẽ ꝓpheta
Nõ fec̃ talit̃ omĩ natiõi ⁊ iudicia ſua nõ ma
nifeſtauit eis. Quia igit̃ ſ̾m phm̃.j.reth. ma

Generoſitas marie

ioꝛ eſt nobilitas ⁊ generoſitas a lõge facta q̃ꝫ
ꝓpe. apparet generoſitas dñe nr̃e q̃ ab exoꝛ-
dio mũdi vſqꝫ ad ſuos parẽtes ſꝑ de nobiliſ-
ſima ſtirpe traxit originẽ. quã deꝰ ſꝑ ꝯſ̾uauit
ob amorẽ ipſiꝰ v̾gis. qõ tñ nõ fecit de alijs pa
rẽtelis ⁊ genealogijs. Nã ſi legimꝰ cronicas
⁊ hiſtoriographos īueniemꝰ ꝙ nulla fuit do
mus tã ſublimis q̃ aliq̃n tãdẽ nõ ſit finita. ⁊
ad nihilũ redacta. Mutata nãqꝫ ſunt dñia

ab vno ſanguĩe i aliũ. ⁊ regnũ ab vna ſtirpe i
aliã. ꝓſapia v̾o btẽ v̾gis a ꝓncipio hũani ge
neris vſqꝫ ad ſuũ filiũ nũq̃ꝫ ẽ finita. ſꝫ ſemꝑ
a deo cuſtodita. Et ſi q̃n ppl's ille ꝓpter aliq̃
pctã eiectꝰ ẽ de regno: vt ſic correctꝰ reuerteret̃
ad dñm. tñ deꝰ ſꝑ reſeruabat lineã illam per
quã debebat ipa v̾go ꝯcipi. ⁊ tãdẽ reducebat
in regno ppl'm ſuũ: ⁊ ſanguinẽ illũ ſꝑ ab om
nibꝫ ꝑiculis ꝓ̄ſeruauit. Et ex quadã ſpeciali
appropriatiõe ipſe deus appellabat ſe deum
Abraã Iſaac ⁊ Iacob. ⁊ deũ Dauid. a q̃bus
deſcẽdit ipa v̾go bñdicta. Que qꝛ generata ẽ
ex illuſtriſſimo ſanguĩe. iõ generauit filiũ il-
luſtriſſimũ ⁊ nobiliſſimũ licꝫ eñ ſ̾m leges fi
liꝰ ĩ nobilitate ⁊ dignitate ſequat̃ pr̃em. Vñ
filij ĩꝑatorꝫ dicũt̃ auguſti.lxiij.di.c.adrianꝰ
nõ aũt ſequat̃ mr̃ẽ. vt ait Bar.in.l.filio.C
de decu.li.x. ⁊ in.l.filios.C.de muni. ⁊ origina.
eodẽ lib. tñ qꝛ xp̃s inq̃ꝫtũ hõ nõ hꝫ patrẽ: to-
tam hũanitatis nobilitatẽ ⁊ generoſitatem
habuit a mr̃e: q̃ eã ĩ filiũ ſuũ trãſmittere nõ
potuiſſet niſi nobiliſſima fuiſſet. Hic aũt fi-
liꝰ v̾gis dꝛ ꝓmꝰ ⁊ nouiſſimꝰ. Apoc.ij. qꝛ fuit
ꝓmũ nobile indiuiduũ qõ deꝰ ab et̃no ſtatu-
it ꝓducere. nouiſſimꝰ aũt dꝛ: qꝛ i ipm̃ oĩs no-
bilitaſ ⁊ generoſitas termĩata ẽ. O igit̃ v̾go
btĩſſima cũ filꝰ tuꝰ fuerit nobiliſſimus: illu-
ſtriſſimꝰ: generoſiſſimꝰ: clariſſimꝰ. ⁊ ſup̃ oẽs
digniſſimꝰ ꝓ̄triarcha. ꝓpha. dux ⁊ imꝑatoꝛ:
ſummuſqꝫ rex regũ ⁊ dñs dñantiũ. Apocal'.
xix. ꝑfecto tu q̃ tantã nobilitatẽ ei tribuiſti:
es nobiliſſima. illuſtriſſima: generoſiſſima ⁊
clariſſima duciſſa: regina ⁊ iꝑatrix mũdi ⁊ do
mina vniũſoꝝ. q̃ totꝰ generoſitatꝫ auctoreꝫ
tuo nobiliſſimo ac ſacratiſſimo vtero ꝯcepi-
ſti. eũq̃ꝫ q̃ tã hoĩes q̃ꝫ angl'os ⁊ orbẽ vniũſum
nobilitate ſua nobilitauit pepiſti. Et iõ ad
te oĩs ꝯfugere debẽt i ſuis neceſſitatibꝫ te ob
ſecrãtes ⁊ dicẽtes. Salue vera parẽs xp̃i re-
ginaqꝫ diuũ. Vnica ſollicitꝫ ſpeſqꝫ ſaluſqꝫ re
is. Tu miſerꝫ atro iactatꝫ turbine nautꝫ. Le
uiꝰ aſpirãs aura vocata venis. Tu ꝓ̄ſſos tri
ſti ppl'os belloqꝫ fameqꝫ Aſpicꝫ. ⁊ pacꝫ mũe-
ra leta refers. Tu feſſis trãquilla q̃es ḡtũqꝫ
dolẽti. Solam teqꝫ ẽ auſpice r̃ſte nihil. Per
ſacros vteri fructꝰ caſtũqꝫ cubile. Per tibi cõ
miſſi nũcia v̾ba dei. Per dulces nati vultꝰ at
qꝫ oſcl'a. ꝑqꝫ Vbero q̃ ſacra ſuxerat ille ſinu.
Per te q̃ ſolita es vota exaudire ꝓ̄cãtũ. Te
rogo ꝑ natũ caſta puella tuũ. Aſpicias regi-
na ꝑcoꝝ. ḡtãqꝫ merẽti Affer opẽ. ⁊ ꝑcibꝫ ãnue
diua pijs. ¶ Huiꝰ ãt generoſe v̾gis nobilita

Nobilitas v̾gis probat̃

tẽ itegritate ⁊ v̾tuoſitatẽ poſſumꝰ etiã ꝓbare
triplici rõe. Quaꝝ ꝓma dꝛ finalitatꝫ. nã oẽ

agēs ſine rōne agit ppᵗ finē.ij.phiſic.t.ij.de
aīa. De⁹ ḡ ad hūc finē ↄcipi fec̄ ⁊ naſci btām
ꝟginē vt vnigenitū filiū ſuū quē eterno ⁊ in
finito amore diligit: ī vtero ſuo ꝟginali ↄci/
peret. ⁊ .ix. mēſib⁹ portaret. ⁊ de ſuo puriſſimo
ſanguīe carneā veſtē ei fabricaret. Cū igit̄ di
cat phs .xj. metaph. ꝙ origo agentiū ⁊ eoꝝ q̄
ſunt ad finē: dꝫ eſſe ſine ordie finis. Et .viij.
ethi. ꝙ ea q̄ ſūt ad finē debēt eſſe ꝑportionata
fini. īcōuincibilit̄ ↄcludit̄ ꝙ itegerrimo: nobi
liſſimo: ꝟtuoſiſſimo ⁊ formoſiſſimo filio ſuo
de⁹ ipe fabricauit mrēꝫ q̄ eū carne tegeret. īte
gerrimā: nobiliſſimā ꝟtuoſiſſimā ⁊ formoſiſ
ſimā. Quis ei potētiſſim⁹ rex volēs ſuo vni
genito filio camiſiā q̄ induat̄ fabricare illaꝫ
nō faciat ornatiſſimā ⁊ pulcerrimā? Scḋa
aūt rō huic ſīlis dr̄ localitatꝭ. Nā loc⁹ dꝫ eē
ↄſil'is ⁊ ꝑportionat⁹ ac ↄnatural' locato .iiij.
phic̄. t.ij. de aīa. t.iiij. de celo ⁊ mōdo. Cū igit̄
de⁹ ⁊ hō ihs xps tāq̄ꝫ locatū deberet reqēſcere ⁊
locari ī vtero ꝟgis q̄ ē ſup oēs creat̄as puriſ/
ſim⁹ ſctiſſim⁹: nobiliſſim⁹ ⁊c̄. neceſſe fuit ipaꝫ
dei genitricē eē puriſſimā ſctiſſimā ac nobiliſ
ſimā: vt idone⁹ eēt loc⁹ ⁊ habitatio tāti loca/
ti. Tertia rō dr̄ legalitas. Sic̄ ei de⁹ primis
parētib⁹ ⁊ ppl'o iudaico totā nobilitatē ↄtu/
lit. q: deſcēdere debebat de eis hec nobiliſſima
puella q̄ exhaurire debebat oēꝫ illā nobilitatē
⁊ eā ī ſuū filiū termiare. vt ſ. dictū ē ꝭmone p
cedēti. ſic etiā ī lege ſua p̄cepit eadē rōe ipi po
pulo tātā mūdiciā: nō tm̄ ī hūanis corpibus
ſꝫ etiā ī vaſis: domib⁹ ⁊ caſtrꝭ ⁊ ī cibiſ. vn̄ phi
buit ei comedere carnes porcinas ⁊ alia ml'ta
īmūda. Leuit̄ .xj. ⁊ p̄cepit ꝙ leproſi mitterēt̄
ex̄ caſtra: ⁊ cū eis nō ↄuerſaret̄. Leui .xiij. ⁊ ꝙ
null⁹ vir ſub pena mortꝭ accederet ad ml'ierē
mēſtruatā. Leui .xx. q̄ oīa ⁊ ml'ta alia ſīl'ia p
cepit ad ↄſuādā nobilitatē ⁊ mūdiciā ꝟgis
q̄ ex lūbis eoꝝ ꝑcreari debebat: ne īmūdiciaꝫ
aliquā ad illā trāſmitterēt: ſꝫ oīmodā mūdi/
ciā ⁊ nobilitatē ⁊c̄. vt dicūt doctores. qḋ ptꝫ
q: habito fine: ceſſauerūt ea q̄ ordiata erant
ad iſtū finem. Nā generata ipa mūdiſſima
nobiliſſima ⁊ digniſſima puella ⁊ filio eius
gēs iudaica q̄ ꝑus erat mūdiſſima ⁊ nobiliſ
ſima: fctā eſt oim gētiū viliſſima ⁊ abiectiſſi/
ma. Et q̄ꝫuis ſepe herbis odoriferꝭ ⁊ aq̄s cuꝫ
aromatib⁹ ↄditꝭ ſe balneaſſent iudei: tn̄ vt p
expiētiā pꝫ ferēt vt canes ⁊ abomiabiles ſūt
Reges eoꝝ depoſuere diademata. duces in/
fulas. ſacerdotes paſtoralia. tacuere pphete.
ceſſauerūt pr̄iarche. ⁊ oīs eoꝝ nobilitas ⁊ di
gnitas ī hac excellētiſſima puella ⁊ filio ei⁹ fi
nita eſt ⁊ ab eis exhauſta.

¶ De quarta ↄditione ſponſe dei que dici
tur formoſitatis.

Magnanimi p̄ncipes ī ſpōſis ſuis nō
ſolū reqrūt integritatē: ꝟtuoſitateꝫ: J
⁊ generoſitatē: ſꝫ etiā formoſitatem.
Speciositas em̄ ↄuenit regib⁹ ⁊ reginiſ. vn̄
apud grecos dr̄. Spēs priami digna eſt im
perio. Etern⁹ igit̄ rex volēs ſibi idoneā ſpon
ſam copulare: voluit eā eſſe formoſiſſimaꝫ et
omī pulcritudine renitentē. De q̄ formoſita
te ſpecioſiſſime ꝟgis ſatꝭ diximus in ꝭmone p̄/
cedēti. Tāta aūt fuit pulcritudo btiſſime ꝟ/
ginis. vt ei⁹ celeſtꝭ ſpōſus de ipa mirari vide
ret̄. Vn̄ Cān .iiij. c. dicebat. Quā pulcra es
amica mea: q̄ꝫ pulcra es. Sctūs ꝟo Bern̄. de
ei⁹ formoſitate ſtupefact⁹ in q̄dā ꝭmōe īquit.
Quid dicem⁹ de te o pulcerrima mulieruꝫ?
Si ſolē te dixerim: ſplēdidior es. Si cyna/
momū ⁊ balſamū aromatizās: oēs aromati/
cas ſpecies odore p̄cedis. Hec ille. Jō de ipſa
bn̄dicta dei matre que nō tm̄ fuit itegerrima
ſꝫ etiā ꝟtuoſiſſima. ⁊ nō tm̄ ꝟtuoſiſſima: ſed
etiā generoſiſſima. ⁊ nō tm̄ generoſiſſima ⁊
nobiliſſima ſꝫ etiā formoſiſſima. poſſum⁹ di
cere illud Ouidij ī .iiij. de faſtꝭ. Nec facies ī/
par nobilitate fuit. Nec īmerito h̄ eſſe debu/
it. Ut ei inq̄t idē poeta. Facies exornat amo
rē. Pulcritudo etiā marie ↄuenit cū optimiſ
morib⁹. ſic ecōtrario vicia diſcōueniūt cū for
moſitate. iuxͣ illā eiuſdē poete ſniam. Nō fa/
cit ad mores tā bona forma malos. Poſſu/
mus igit̄ dicere btiſſime ꝟgini eternī impato/
ris ſpōſe poeticū illḋ. Te clari exornant mo/
res: te viuida ꝟt⁹. Te decor atq̄ꝫ alte nobili/
tatꝭ honos. Et tibi frōs leta ē ⁊ amica virē/
tib⁹ annis. Jngenuuſq̄ꝫ tuo ſplendor ī ore ſe
det. Tu nr̄m ſyd⁹: tu gl'ia nr̄a p̄enis. Oia tu
nr̄e iura ſalutꝭ habes. De illa etiā dicere vale
mus illḋ .ij. Re. xj. erat ml'ier pulcra nimis
Qḋ etiā hꝫ .iij. Re. j. Jlli q̄ꝫ dic̄ ſpōſus ſu⁹
celeſtꝭ illḋ Cān .vij. Quā pulcra es ⁊ q̄ꝫ deco
ra chariſſima ī delicijs. Qn̄ aūt de⁹ elegit do/
minā nr̄am ī ſuā ſpōſaꝫ: ꝟificatū eſt illud Ju
dicū .v. Pulcerrima femiaꝝ eligit̄ ei. De an
gelis ꝟo vidētib⁹ ipaꝫ pulcerrimā dei ſpōſaꝫ
ꝟificatū eſt illud Judith .x. c. Cuꝫ vidiſſent
eā: ſtupētes mirati ſunt nimis pulcritudinē
eius. Et iteꝝ illud qḋ ibidem dr̄ .ſ. Cōſidera
bāt faciē ei⁹: ⁊ erat ī oculis eoꝝ ſtupor: q̄niam
pulcritudinē ei⁹ mirabant̄ nimis. Nō ſoluꝫ
aūt habuit beatiſſima dei ſponſa pulcritudi/
nem naturalē: ſꝫ etiā ſupnaturalē infuſam ſi
bi ſupnaturaliter a ſuo dilectiſſimo ſponſo.
Vn̄ verificatū fuit de illa illud qḋ ī eodē. ca.

legitˀ.ſ.ꝯtulit illi dñs ſplēdorē ⁊ pulcritudi-
nem eiꝰ ampliauit. De q̄ exponi pt illud Ec
cli.xliij. Pulcritudinē candoris eiꝰ admira
bitur oculꝰ. vñ ſi q̇s eā videret: poſſet dicere
illud Gen̄.xxxiij. Vidi faciē tuā q̄ſi vultū dei
Et illud Gen̄.xlvj. Iā letus moriar: q2 vi-
di faciē tuā. Sꝫ heu q2 ſi eā rogauero dicēs
illud Exo.xxxiij. Oñde mihi faciem tuam.
Timeo ne mihi rn̄deat illud qd̄ in eodeꝫ.c.
habetˀ.ſ. Faciē meā videre nō poteris. Nō em̄
videbit me hō ⁊ viuet. Tāta em̄ eſt glīa vul
tus eiꝰ vt mortalibꝫ oculis ſicuti eſt cerni nō
poſſit. Sꝫ o pulcerrima v̄go: ſi nō vis mihi
oſtēdere faciē tuam ī ea pulcritudine q̄ ſctōs
in patria celeſti cōſolaris: ſaltē ne auertas fa
ciem tuā a puero tuo.ps̄.lxxiij. illā ſcꝫ quam
aliquādo ī hac miſeria ⁊ valle deuotis tuis de
monſtras. Cur em̄ faciē tuā abſcondis Iob
xiij: Quare faciē tuam auertis.ps̄.xliij. vſ-
q3q̄ auertis faciē tuaꝫ.ps̄.xij. Oñde ḡ nob̄ fa-
ciem tuā ⁊ ſalui erimꝰ.ps̄.lxxix. Illumīa faci
em tuā ſup ſuū tuuꝫ.ps̄.cxviij. Oñde mihi
faciē tuā: ſonet vox tua ī auribꝫ meis Cañ.ij
O, ſi nō vis vt videā te ī hac vita: ſaltē ꝯce
de mihi vt te ī eternū ꝯtēplari poſſim ī alia:
vt adimpleatˀ ī me illud Iob.xxxiij. videbis fa
ciem eiꝰ ī iubilo. Vos aūt deuoti btē v̄ginis
ſeruate illud ad qd̄ nos exhortatˀ Dauid ps̄
ciij.di. Querite faciē eiꝰ ſp. Faciē inq̄ꝫ pul-
cram. faciē decorā. faciem omī formoſitate re
pletiſſimā.

¶ De q̄nta ꝯditione ſpōſe celeſtꝭ q̄ dr̄ ge-
neroſitatis.

K  SI omnibꝫ ſpōſis expedit ſpōſam ha
bere gratioſam: mlt̄o magꝭ magnis
ꝓncipibꝫ. nō em̄ ſufficeret ꝙ eēt pul
cra ſi nō eſſet gratioſa. Nā ſcpt̄ū eſt Ecci.xl.
Grām ⁊ ſpēm deſiderabit oculꝰ. ⁊ ſic grā.i.ḡ-
tioſitas ꝑfertˀ ſpeciei ⁊ pulcritudini. Et Pro
uerb.xj.dr̄. Mulier gratioſa inueniet glīaꝫ.
Talis aūt fuit ſpōſa regis celeſtis. q̄ non ſo-
lum ipſi: ſꝫ oīm oculis fuit gratioſa. ſic per fi
guram dictū fuit de ea Heſter.ij. De gratio
ſitate aūt quā habuit erga ſpōſum ſuū expo
ni pōt illud Ecci.xxvj. Grā mulierꝭ ſedule
delectabit viꝝ ſuū Ipa em̄ ꝑfectiſſime ſuauitˀ
illud qd̄ gratioſa mlr̄ erga virū ſuū facere
tenetˀ. q̄ intˀ alias obligatōes tenetˀ ſeq̄ viꝝ ſu
um q̄cūq3 prexerit ſm̄ Cynū in.l.liberte.C.d̄
ope.liber.⁊ Guliel.de cu.in.l.obſeruare.§.ꝓ-
ficiſci.ff.de offi.ꝓcō.⁊ leg.⁊ Bar.in.l.meuia
§.j.ff.de annu.le.⁊ doc.ī.c.de illis.ex̄ de ſpon.
⁊ glo.in.c.vnaqueq3.xiij.q.ij.⁊ in.c.j.de cō-
iu.lepro.⁊.xxiij.q.j.c.ſi q̇s neceſſitate Sem

per nāq3 ſpōſum ſuū ſecuta eſt q̄cūq3 ꝓgebat
q3tū humane creature poſſibile erat. imo ita
eiꝰ dilectōe lāguebat ꝙ rogabat eū ne vnq3
ipam relinq̄ret ſine eo: dicēs Cañ.j. Trahe
me poſt te. In odorē curremꝰ vnguētoꝝ tuo
rū. Taliˀ aūt eū amauit ꝙ eiꝰ dilectōi nihil
addi poterat ꝑ ſtatu vie. Vñ dicere poterat
illd̄ Virgilij ī buccolˀ. Me tn̄ vrit amor: q̇s
modꝰ adſit amori: ¶ Quia v̄o eiꝰ ſpōſus ſer  L
uauit legē veri amoris q̄ dꝫ eſſe reciprocus.
ix.ethi.idō ⁊ ipe ei gratioſiſſimꝰ fuit. Qd̄ ꝓ-
phetatū fuerat Zach.iiij. vbi de illo dr̄. Exe
quabit grām grē eiꝰ. Vñ taliˀ eiꝰ gratioſita-
ti fuit attractꝰ ꝙ ipaꝫ ſeq̄batˀ q̄cūq3 prexiſſet
⁊ ī domicilio eiꝰ ſp manere deſiderabat dicēs
Cañ.v. Aperi mihi ſoror mea. amica mea.
colūba mea. immaculata mea ⁊c̄. Irēꝯtinue
eiꝰ āplexꝰ deſiderabat: ⁊ brachijs ſuis eā dul-
citer fouebat. Vñ ipa inq̄t Cañ.ij. Leua eiꝰ
ſub capite meo ⁊ dextera illiꝰ amplexabitˀ me
O ḡtioſiſſima ſpōſa: tu adeo ſuauiˀ ſpōſum
tuū amplexata es ꝙ ipm creatorē ⁊ dn̄m tuū
ad amorē tuuꝫ taliˀ captiuaſti. ꝙ licet dicat
Ouidiꝰ ī.ij.methaṁ. Nō bn̄ ꝯueniūt nec ī
vna ſede morantˀ Maieſtas ⁊ amor: ſceptri
ḡuitate relicta. Ipe tn̄o ſe ex dilectiōe nimia
ſubiecit impio: ⁊ claudi ſe ꝑmiſit ī tuo ſctiſſi
mo vtero. qd̄ bn̄ ī tui ꝑſona ꝓdixerat Salo
mon Cañ.iij.di. Queſiui illū quē diligit aīa
mea. Inueni eū ⁊ tenui: nec dimittā donec ī-
troducā illū ī domū mr̄is mee. ⁊ ī cubiculum
genitricꝭ mee. Domꝰ em̄ mr̄is tue ⁊ cubicu-
lū genitricꝭ tue fuit corpꝰ tuū qd̄ ipa mr̄ tua
tibi de ſua ſubā fabricauit. O v̄go ſctiſſima
⁊ placidiſſima atq3 humaniſſima: ꝓpt̄ tuā ḡ
tioſitatē dixit tibi ſpōſus tuꝰ illd̄ Exo.xxxiij
Inueniſti grāꝫ corā me. Vñ v̄ificatū ī te fu-
it illd̄ ps̄.xliiij. Diffuſa ē grā ī labijs tuis: ꝓ-
pterea bn̄dixit te deꝰ ī eternū. Et nō ſoluꝫ de-
dit tibi grāꝫ ſuā ſꝫ etiā glīaꝫ. ſicꝰ ꝓdixerat Da
uid ps̄.lxxxiij.di. Grām ⁊ glīaꝫ dabit dn̄s
Ille ḡ q̄ māſuetꝭ dat grāꝫ Prou.iij. te māſue
tiſſimā grā repleuit. Et cū ſcpt̄ū ſit Prouer.
xij. ꝙ ille q̄ bonꝰ eſt hauriet ſibi grām. Et xxij
eiuſdem libri.c. ꝙ ſup iuſtos morabitˀ gratia.
Et Ecci.iij.c. ꝙ qui ſe humiliauerit inueniet
gratiam Et eiuſdē libri.xxxij.c. ꝙ verecūdia
ꝑcipit gratiā: ⁊ ꝓ reuerētia dabitˀ bona gratia
Profecto tu optima. iuſtiſſima. humillima
verecundiſſima ⁊ reuerendiſſima omni gra
tia fuiſti repletiſſima. ⁊ omni gratioſitate or
natiſſima.

¶ De ſexta ꝯditiōe ſponſe celeſtis q̄ dicitˀ
fecunditatis.

M Inclıti ꝑncipes reqrūt vxorē q̄ n̄ ſit
ſterilis ſ; fecūda. Si em̄ aliquā eſſe
ſterilē ſcirēt: cū ea mr̄imoniū nō con-
traherēt. qđ ꝑncipalit̄ p liberꝫ ꝓcreādis iſti-
tutū eſt. vt inq̄t Amb. ſup Luc. trāſſumpti-
ue i. c. pudor. xxxij. q. ij. vbi etiā dꝛ ꝙ pudor ē
femīs filios nō ꝓcreare. Econtra ꝟo magna
grā ⁊ digniſſimū mun⁹ femiaꝝ ē filios cōci-
pere. l. querit̄. §. ſi mulier. ff. de edil. edic. ⁊ C.
de indic. vidui. tol. l. ij. Silr̄ ⁊ pr̄ib; accreſcit
dignitas rōe filioꝝ. vn̄ dic̄ glo. i. l. in albo. C.
de decu. li. x. ꝙ ille q̄ h; filios pferēd⁹ ē in cōſi-
lio ⁊ ꝯgregatōe ⁊ ſeſſione illis q̄ filios n̄ hn̄t
Utile eſt ḡ om̄ib; ꝯiugatis: maxime regib; ⁊
magnis dn̄is: hr̄e vxorē fecundā q̄ eis pari-
at filios q̄b; dom⁹ regie ⁊ nobiles ſtirpes cō-
ſeruent̄. ⁊ ipſoꝝ parentū memoria in longa
tpa ꝑducat̄. Un̄ iuriſcōſult⁹ in. l. liberoꝝ. ff.
de ver. ſig. inquit. Jō filios filiaſq; ꝯcupim⁹
⁊ ꝓcreamus vt ex eoꝝ ꝓle diuturnitatis no-
bis memoriā in euū relinquamus. Beatiſ-
ſima igit̄ dei ſpōſa nō fuit infecūda. lic; vnū
ſolū filiū genuerit. Dꝛ em̄ in. l. nō eſt ſine li-
berꝫ. ff. de ꝟbo. ſig. Nō eſt ſine liberis q̄ vnicū
filiū h;. Jmmo ipa fuit fecūdiſſima ſup oēs
mulieres que vnq; fuerūt aut erūt. Uirtus
em̄ fecūditatis alicui⁹ mulierꝫ non ꝯſiſtit in
pariēdo multos filios ſ; i pariēdo ꝟtuoſos.
fortes. ingenioſos ⁊ ſufficiētes. Nō em̄ ē vti-
le reipublice nec parētib; hr̄e multos filios
malos aut ad malū inclinatos. imo eſt dam-
noſum. Un̄ dꝛ ꝙ meli⁹ eſt hr̄e paucos bonos
q̄; multos malos. c. cum ſit. de eta. ⁊ qua. vbi
glo. allegat ꝯcordātias. Tu ḡo ꝟgo glˀioſiſſi-
ma tuo ſpōſo celeſti fuiſti fertiliſſima. q: vni-
genitū ei⁹ filiū ꝑpiſti: q̄ ſol⁹ oēs mūdi filios
⁊ filias q̄ vnq; fuerūt ⁊ erūt meritꝫ ⁊ ꝟtutib;
an̄ceſſit. ⁊ hūane reipublice vtilioꝛ fuit. Si
em̄ om̄es mūdi hoīes ſil̓ eēnt: nō poſſent vel
ad mīmū gradū excellētie ⁊ valorꝫ filij tui be-
nedicti ptingere. O icōpabil̓ fecūditas ſpō-
ſe celeſtꝫ. q̄ filiū illū ꝓtulit q̄ vniūſum orbem
redemit. qđ oēs mūdi hoīes ⁊ cūcte ſil̓ crea-
ture facere nō potuiſſent. vt pbāt docto. i. iij.
ſen. diſ. xx. q: emēda ⁊ ſolutio ꝓ pctō ꝑmi pa-
rentis debebat eſſe ꝓportionata pctō ⁊ debito
qđ fuit infinitū nō rōe act⁹ in ſe: ſ; q: ꝯ deū
q̄ eſt infinit⁹ cōmiſſum eſt. Jtē q: ꝑuauit hu-
manū gen⁹ felicitate infinita. ⁊ q: corrupit ⁊
ꝑdidit humanā naturā q̄ multiplicabil̓ erat
qſi in infinitū. Cū ḡ finiti ad infinitū nulla
ſit ꝓportio. ſ. metha. ⁊. j. de celo ⁊ mūdo. ⁊. iij.
ac. viij. phiſ. claꝝ eſt ꝙ oēs hoīes ſil̓ cū crea-
turꝫ vniūſiſ q̄ ſunt finite potētie n̄ potuiſſent
hāc vtilitatē hūano generi facere. ſ. eū de ma-
nu diaboli liberare. ⁊ ianuā ꝑadiſi ꝑ peccatū
clauſam illi apire: atq; eū ad eterna felicita-
tem ſatiſfactōe facta ꝓ ei⁹ pctō ꝑducere: ſicut
fec̄ bn̄dict⁹ fili⁹ ꝟgis h⁹ glˀioſe. De cui⁹ fecū-
diſſimo vtero inq̄t Bern. O vēter capacioꝛ
cel̓. latioꝛ elemētꝫ. q̄ illū ꝯtinere valuit que;
tot⁹ mūd⁹ cape nō potuit. Jllū em̄ filiū genu-
it q̄ ē de⁹ an̄ ſecl̓a. q̄ ex ea carnē aſſumēs h; na-
turā diuinā ⁊ hūanā i vna ꝑſona. c. ſi q̄s eps
xxiij. di. ⁊ de ſū. tri. ⁊ fi. ca. c. j. vn̄ hec ꝟgo fecū-
diſſima fuit genitrix n̄ ſolū Jeſu xp̄i hoīs ſ;
etiā dei. cui⁹ ꝯtriū aſſerēs Theodor⁹ ꝯdēnat⁹
fuit i ꝯcil̓. Cōſtātinopolitano. vt h;. xvj. diſ.
c ſexta. §. q̄nta. Et hec ſufficiāt ꝓ ſexta pte h⁹
ſmonis. Nūc ꝟo trāſeam⁹ ad ſeptimā ptē q̄
erit ꝓlixioꝛ. Quia em̄ deliberaui i nūero pre-
dicationū hui⁹ opis nō pterire numeꝝ ano-
rum q̄b; vixit btā ꝟgo in hac vita mortali. ſ.
lxiij. Jō neceſſe erit aliq̄n lōgos facere ſmo-
nes. qđ tn̄ erit vtile ꝑdicatorib;. q: quaſi de
ſingulis ptib; ꝑdicationū iſtaꝝ poterūt ſuo
modo texere vnū ſmonē: haberes motiua. fa-
cile em̄ eſt inuētis addere. vt notāt doct. ſup
glo. in. l. gallus. circa ꝑn. ff. de libe. ⁊ poſthu.
Unde credo ꝙ predicatores cū hoc ſermona-
rio poterunt ꝑ totū annum quottidie predi-
care de glorioſa virgine Maria. ⁊ ſemp tra-
ctare de virtutibus ac vicijs atq; de ptinenti-
bus ad ſalutem.

¶ De ſeptima ꝯditiōe ſponſe celeſtis q̄ dꝛ
copioſitatis

N Licet dos nō debeat ꝑncipalit̄ attēdi
in ꝯhēdo mr̄imonio. iux̄ illđ Catho-
nis poete in ſuis documētꝫ. Uxorem
caue ne ducas ſub nomīe dotis. Jtē licet dos
nō ſit de eſſentia mr̄imonij ꝙ ſine ipa ꝯhi pt.
c. ſi q̄s diuis. xxx. q. v. ⁊. §. illud quoq;. i aut̄.
q̄b; mo. na. ef. leg. coll̓. vj. ⁊. c. ꝯſanguineorū.
ꝫ. q. iiij. ⁊. l. fi. C. de dona. ante nup. ⁊ ꝑ doc. in
l. ij. c. de nupt̄. ⁊ per glo. ⁊ Arch. in. c. nullum.
xxx. q. v. ⁊ Johā. an. in. c. acceſſoriū. de regu.
in libro ſexto. ⁊ per glo. in. c. noſtrates. xxx. q.
v. ⁊ in. c. ⁊ ſi neceſſarie. de dona. int̄ vi. ⁊ vxo.
⁊ ꝑ Jnno. in. c. ꝑ veſtras. eo. ti. in glo. fi. Tn̄
decens eſt in om̄i matrimonio dotē dari. d. c.
nullum. ⁊. c. aliter. ⁊ ibi glo. xxx. q. v. q̄ dos de-
bet dari ſm facultatē ⁊ dignitatē perſonarū
l. quero. ⁊. l. ſiue generalis. ff. de iure dotis. et
aut̄. ſi q̄uis. C. de rei vxori. actio. ⁊. l. ſi quis
ſepulcrum. §. fi. ff. de reli. ⁊ ſump. fu. ⁊. l. penul-
tima. C. de epali audi. ⁊. c. nullum. vbi gloſ.
xxx. q. v. ⁊ ca. primo. vbi glo. extra. de adult̄.
Magnis ergo principibus magne ab vxo-

rib9 dari debẽt dotes. Quãto aũt maiorẽ ha/
bet mulier dotẽ tãto liberi9 cũ ea ꝯtrahit̃ mri
moniũ. Et iõ de9 libẽter bñdictã ỽginẽ deſpõ
ſauit ⁊ eã ſibi copulauit. q̃ ſibi maximã dotẽ
portauit. Licet em̃ dicat̃ ꝙ feminarũ genus
Femine auare ſũt — auariſſimũ eſt. l. ſed ſi ego. in fi. ff. ad vell'. ⁊ ð
donat̃. inter viꝝ ⁊ vxorẽ. l. ſi ſtipulata. §. j. ⁊
notatur in. l. ſi a ſponſo. C. de dona. añ nupt.
Ipſa tñ beatiſſima virgo liberaliſſima fuit.
Nã ſponſo ſuo celeſti dotẽ copioſiſſimã de bo
nis optimis dedit. Sciẽs em̃ ꝙ bonũ quãto
ꝑmanẽtius tãto eſt meli9: vt habet̃. iij. phiſi/
coꝝ. noluit deo dare dotẽ de reb9 tꝑalib9 trãſi
torijs: momentaneis ⁊ caducis: que diu per
manere nõ pñt: ſʒ de theſauris oĩm ỽtutuʒ q̃
ſtabiles diuitie ſunt. Vñ in quadã ep̃la bea/
tus Baſili9 ait. Sola virt9 ⁊ viuẽti ⁊ mor/
tuo ſtabilis ⁊ firma poſſeſſio eſt. Et Tulli9 i
paradoxis inq̃t. Nulla poſſeſſio. nulla vis
auri vel argenti pluris q̃ȝ ỽtus extimãda eſt
Nouerat em̃ verã eſſe illã ſniam Siponij i
ep̃lari. li. v. dicẽtꝭ. Humana ſuba recti9 mẽte
q̃ȝ mole cẽſenda ẽ. Vñ Tulli9 vbi. ṡ. ait. Ni
hil meũ vel cuiuſq̃ȝ alteri9 eſt qð auferri vel
amitti poteſt. Et Varro in ſentẽtijs ſuis i/
quit. Nemo ſuũ putet qð extra ipʒ ẽ. Qua
ex re: vt inq̃t Amb. in quodaʒ ſmone: nihil
ex tꝑalib9 reb9 noſtꝝ dici pt̃. ſole aũt ỽtutes
noſtre ſunt q̃ a nobis auferri nõ poſſunt. q2 i
tra nos ſunt. Et iõ Proſper in li. epigra. dic̃
Terrenis opib9 cum diues gaudet iniquus
Veris ſe miſeꝝ neſcit egere bonis. Aũ licet
aduerſis ceſſantib9 oĩa parcãt. Lege tamen
mortꝭ ſit faciẽdus inops. At bona iuſtorum
nullis obnoxia dãnis. Hoſtes. furta. ignes.
⁊ mare nõ metuũt. Ois ỽtutũ ſemp ſubſtã/
tia ſalua ẽ. Inuitꝭ xp̃i mũera nẽo rapit Hec
igit̃ ſciẽs ỽgo prudẽtiſſima: tã diligẽter ſtu/
duit ỽtutes oẽs acq̃rere ꝙ effecta ẽ armariũ
plenũ oĩm ỽtutũ ⁊ bonoꝝ moꝝ Vñ de illa di
ci põt illud Prouer. xxxj. Multe filie ꝯgre
gauerũt ſibi diuitias: tu ỽo ſupgreſſa es vni
uerſas. Quapropt̃ b. Anſelm9 i li. de ꝯceptu
ỽginali ipam alloquẽs ait. Nulla creatura
te dignior. nulla te ſanctior. nulla te nobili/
or. nulla te ſublimior in hũano genere reperit̃
Qð em̃ i alijs ptitũ ẽ. i te vnitũ totũ reperit̃
Hec ille. Iſtas aũt oĩm ỽtutũ dotes beatiſſi/
ma ỽgo tradidit deo. ꝓpt̃ q̃s ip̃e celeſtꝭ impa
tor fec eã ſpõſam ſuã. ⁊ fili9 mr̃ez. ⁊ ſpũſſan/
ctus ſuũ ſacrariũ. Et iõ Cañ. iiij. dr̃: ort9 cõ
cluſus. Qð expõnẽs beat9 Hiero. in ſmone
de aſſumptione inq̃t. Vere ortus deliciaꝝ in
quo ſunt ꝯſita vniuerſa floꝝ genera ⁊ odora

menta ỽtutũ. Maximã ĝ dotẽ dedit iſta no/
bilis ſponſa ſuo ſponſo celeſti cũ oĩm ỽtutuʒ
⁊ optimoꝝ moꝝ ornamẽtũ ei donauit. Ma
gnum em̃ eſt mores cõpoſuiſſe bonos. vt ait
Ouidi9. iij. de arte amãdi. ¶ Sʒ eſt notãduʒ — O
ꝙ licet regularit̃ mľier dotet maritũ tñ apud
hyſpanos fit ſecus. q2 viri dotãt pulcras pu
ellas. vt inquit Bartho. brixiẽſis i ſuo reper
torio in ỽbo dos. ⁊ põt eius dictuʒ. ſ. ꝙ aliq̃ñ
vir dotat vxorẽ ꝓbari ꝑ. c. quidã. xxvij. q. ij.
⁊ ꝑ. c. ⁊ ſi neceſſe. de dona. inter vi. ⁊ vxo. licet
glo. ibi exponat: dotem. i. donatiõem ꝓpt̃ nu
ptias. Mulier em̃ dat viro dotẽ. ⁊ maritus
vxori facit donatiõem ꝓpt̃ nuptias. vt inq̃t
tex. in. c. nup. in fi. extra de dona. inter virũ ⁊
vxo. de qua donatiõe etiã habet̃ in. §. eſt ⁊ ali/
ud. inſti. de dona. ⁊ in. l. cum veterũ. C. de do.
añ nup. vbi etiã tractatu de ſponſalicijs q̃ do
nat ſponſus ſponſe. Spõſus igit̃ btĩſſime ỽ
ginis deus nõ ſolũ donauit ei ſpõſalicia mu/
nera: ⁊ donatiõʒ ꝓpt̃ nuptias illi fecit: ſʒ etiã
illi9 dotẽ accreuit: ⁊ noua dote ipaʒ ditauit.
¶ Primo nãq̃ȝ volẽs eã ſp ꝑſeuerare in ſuo — Decem mũra Marie
ꝯnubio ⁊ nunq̃ȝ ab eo ſepari ꝑ peccatũ: ſʒ ſp
eſſe ſibi ꝯiuncta ꝑ charitatẽ. dedit ei q̇nq̃ȝ di/
ſpoſitiua interius. ⁊ q̇nq̃ȝ ꝑfectiua exterius q̃
ſi decẽ munera ſpõſalicia. i. q̇nq̃ȝ intrinſeca ⁊
quinq̃ȝ extrinſeca. ¶ Primũ mun9 intrinſecũ
fuit ardor diuini amoris. Nã ip̃e ſpõſus ce/
leſtis ſe ei9 mẽti mirabiliter intimabat. ⁊ eã
igne ſui amoris ita incendebat vt ipm̃ q̃ȝtuʒ
in pñti vita poſſibile erat amaret. Vñ dice/
bat cũ pſ̃. Inflãmatũ eſt cor meũ de9: inflam
matũ ẽ cor meũ ⁊c. ¶ Secundũ munus fuit — P
mortificatio ſenſualitatis. ỽt9 em̃ altiſſimi
que obũbrauit ipam bñdictã ỽginẽ Luc. j.
oẽm ſenſualitatẽ q̃ poſſet inclinare ad maluʒ
in ea repſſit ita vt oẽs potẽtie inferiores eẽnt
ſemp ſubdite impio rõnis. ⁊ i appetitu eius
ſenſuali eẽt ꝑfecta modificatio ita vt caro ei9
cũ ſpũ optime cõcordaret ⁊ ei ꝑ oĩa pareret.
Vñ dicere poterat illi cũ pſ̃. Vt iumẽtũ fa
ctus ſum apud te: ⁊ ego ſp tecũ ¶ Tertiũ mu
nus fuit mirabil' degustatõis. Dedit nãq̃ȝ ei — Q
actualẽ ⁊ experimẽtalẽ ſenſuʒ ⁊ guſtũ magni
tatꝭ dei: vt cognoſceret q̃nti filij eſſʒ mr̃. ⁊ eã i
ſpõſam ⁊ matrẽ ſuã ꝑ ceterꝭ elegiſſʒ. Vñ i cõ
templatõe tãti myſterij intellect9 ei9 habebat
actualẽ relatõʒ ad tantã maieſtatẽ diuinaʒ:
⁊ ad ſuã nihilitatẽ. ⁊ ſic humiliat9 in ſummo
cũ eodẽ pſ̃. decãtabat. Ad nihilum redactus
ſum. ſ. in tam digniſſimi ſponſi cõſideratiõe
¶ Quartũ munus fuit obiectum diuinitatꝭ — R
Eius nãq̃ȝ cor ita deus ad ſe traxit vt ipſum

ſemp̄ p̄ oculis ſuis haberet. ⁊ oēs ei⁹ affectus
ſemp̄ ad ipm̄ tenderēt ⁊ illū dirigerēt. Vn̄
dicebat cū eodē pp̄ha ps̄. xv. Prouidebā do
minū in ꝯſpectu meo ſp̄: qm̄ a dextrꝭ eſt mihi
ne cōmouear. Et i eo totā ſpem ſuā ponens il
li ꝯtinue adherebat: dicens cū pp̄ha ps̄. lxxij
Mihi aūt adherere deo bonū eſt: ponere i do
S mino deo ſpem meā. ¶ Quintū munus fuit
ſuauis repletiōis. Tātis em̄ ſpōſam ſuā re
pleuit deus ꝯſolationib⁹ ſpūalib⁹ vt exclama
ret cū eodē pp̄heta ps̄. xxx. Quā magna mul
titudo dulcedinis tue dn̄e: quā abſcondiſti
timētib⁹ te. Et iterꝝ ps̄. lxxij. Quā bon⁹ iſra
el deus his qui recto ſunt corde. Et iſta q̄nq̄
Mūera extriſeca Marie munera fuerunt intrinſeca. ¶ Alia v̄o q̄nq̄
ſunt extrinſeca. Quoꝝ p̄mū qd̄ eſt ſextū i or
dine fuit angelice cuſtoditiōis. Miſit nāq̄
ei ſpōſus eius celeſtis multitudinē magnam
angeloꝝ q̄ ſibi tāq̄ dn̄e deſeruirēt ⁊ eam cu
ſtodirent. Unde ipi attribui poteſt illd̄ ps̄.
xc. Angelis ſuis deus mādauit de te: vt cuſto
diant te in om̄ib⁹ vijs tuis. Credendū eſt ei
vt ait ſanct⁹ Bernardin⁹ in quodā ſermōe
ꝙ btā virgo plurimas legiones angelorū ha
buerit ad ſui cuſtodiā ⁊ protectionē. cū etiā
Helyſeus: vt legit̄. iiij. Reg. iiij. angelorum
multitudinē habuerit ad ſuam defenſionem
T ¶ Scd̄m munus extrinſecū ⁊ ſeptimū in or
dine fuit demonū expulſionis. dedit em̄ ei v̄
tutē expellēdi demones. Ita vt ſicut p v̄tutē
⁊ calorē magni ignis effugāt̄ muſce. ſic a ſua
ardētiſſima mēte ⁊ inflāmatiſſima charitate
demonia pellerent̄. ⁊ ei p tētationē appropin
quare nō auderēt ⁊ ſi aliq̄ voluerūt ad eā
accedere: verificatū eſt de illis illud Hiere.
xlvj. Fugierūt cōciti nec reſpexerūt. Et ibi
dem. Fugierūt ſimul om̄es nec ſtare potuerūt
V ¶ Tertiū mun⁹ extrinſecū qd̄ ē octauū i or
dine fuit oīm accidētiū i bonū ꝯuerſio. Nā
oīa q̄ ei adueniebāt in ei⁹ vtilitatē de⁹ cōuer
tebat. Si em̄: vt inq̄t apl̄s ad Ro. viij. dili
gētib⁹ deū oīa cooperant̄ i bonū. trāſſumptiue
in. c. talib⁹. de pe. di. ij. ſ. pſpa ⁊ adūſa. multo
magis ipſi v̄gini q̄ illū ſup oīa diligebat cō
uertit ei⁹ ſpōſus celeſtꝭ oīa i bonū ¶ Quartū
mun⁹ extrinſecū ⁊ i ordine nonū fuit pctōꝝ
abominatōis. Chriſt⁹ em̄ fili⁹ ei⁹ q̄ eſt ſapiē
tia p̄ris: q̄ nō habitat i corpe ſubdito peccatꝭ.
Sap. j. fec illi ita pfecte cognoſcere maligni
tatē pcti quo nihil ē abominabili⁹: vt inquit
Aug⁹. in li. meditatio. neq̄ pniciosi⁹. iux̄ illd̄
Gāffredi i poetria. Peſſima res vicium: ni
hil eque pniciosum. ꝙ illud in tāta abomia
tione habuit. ꝙ pfecte ſp̄ fuauit illd̄ Ecci. xxj
Quaſi a facie colubri fuge peccatū. ¶ Quin
tum mun⁹ extrinſecū ⁊ in ordine decimū: fu
it mūdialiū deſpectōis. Dedit em̄ ei ſpōſus X
eius tantū affectū ad celeſtia bona: ⁊ tātam
ſupnoꝝ delectatōē ꝙ oīa mūdialia ſolatia ei
diſplicebāt i cōpatione celeſtiū. Nouerat ei
verā eſſe ſn̄iam Salomonis dicētis de reb⁹
mūdanis. Vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas
Ecēs. j. Et trāſſumptiue in. c. fi. de peni. di. ij
Et ideo dicebat cum apl̄o ad Phil. iij. Om
nia arbitrat⁹ ſum vt ſtercora vt xp̄m lucrifa
cerem. Unde ⁊ de mundo dicebat illud. j.
Machab. ij. Om̄is gl̄ia ei⁹ ſterc⁹ ⁊ vermis.
Et quid mirꝝ ſi beatiſſima v̄go mūdialia de
ſperit cum dicat Bernard⁹. Guſtato ſpū de
ſipit om̄is caro. ⁊ affectanti celeſtia: terrena
nō ſapiūt. eterniſq̄ inhiāti faſtidia ſunt trā
ſitoria. Profecto igit̄ ipa beata v̄go que ſpm̄
ſanctū ſup om̄es puras creaturas deguſtaue
rat. ⁊ eternis delicijs ſup om̄es inhiabat. trā
ſitorias delicias ſup om̄es deſpexit que ſatia
re appetitū noſtꝝ nō pn̄t. Iux̄ illd̄ Gualte
ri poete i alexādraide. li. viij. dicētis. Quid
tibi diuitijs op⁹ eſt q̄ ſemp auarꝭ Eſuriē pa
riunt: q̄zto tibi plura paraſti Tāto plura pe
tis. ⁊ habēdis arti⁹ ardes. Sicq̄ famē faci
ens defectū copia nutrit. Et iō pfecte fuauit
illd̄ Aratoris poete dicētꝭ. Auri ceſſet amor
q̄ pectora ſp̄ adurit. Quo capit̄ mortale ge
nus. q̄ pullulat om̄e De radice malū. cuius
violenti⁹ ardet Ambitio: creſcēte mō. ſtimu
lāt q̄ rapinis Addita lucra famē. Itē fuauit
illud Cathonis ꝯſiliū q̄ ait. Deſpice diuiti
as ſi vis aio eſſe beat⁹. Quas ſi ſuſcipiūt mē
dicāt ſp̄ auari Et hec de munerib⁹ ſpōſalicijſ
q̄ de⁹ ſpōſe ſue donauit dicta ſufficiāt. ¶ Fec Y
q̄z illi donatōē ppt̄ nuptias. q̄z repleuit eam
gr̄a a plāta pedis vſq̄ ad verticē capitꝭ. Et
iō ei apparēs angel⁹ detulit ipā donatiōem
di. Aue gr̄a plena. Faciē itaq̄ ſpōſe ſue licet
naturaliter pulcrā ⁊ gratioſā: ipe celeſtꝭ ſpō
ſus fecit pulcriorē ⁊ oīb⁹ gr̄ioſiſſimā. Vn̄ illi
dicere poterat illud Heſter. xv. Facies tua
plena eſt gratiaꝝ. Et notāter dr̄ gratiaꝝ. ad inuen
dum ꝙ cū hac pulcritudie corpali habebat
vnā aliā ſingularē p̄rogatiuā p alijs v̄gibus
⁊ ſanctis. Vult⁹ em̄ formoſus mulierꝭ ſolet i
clinare ad ꝯcupiſcentiā. Et iō dicit̄ Ecci. ix.
Auerte faciē tuā a muliere compta: q̄ꝛ ppter
faciē mulieris multi perierūt. ⁊ ex h̄ ꝯcupiſcē Facies mulierꝭ
tia quaſi ignis exardeſcit. Ad hoc etiā addu
ci pōt illud Ouidij. ij. de reme. amo. dicētis.
Non facile eſt viſa thaurum retinere iuuen
ca. Fortis equus viſe ſemper adhynnit eq̄ ⁊ē

Et iō multi q̄ volētes videre pulcritudinem
mulierꝫ ī pctm cōcupiſcētie ceciderūt. dicere
poſſunt illud eiuſdē poete in ſcd̄o d̄ triſtibus
ſcꝫ Heu mihi cur vidi: cur noxia lumia fici.
Licet eñ mulier ſit ſancta: tñ pulcritudo et
formoſitas eiꝰ aīas inſpicientiū ad libidinē
inclinat. Patet de Iudith: ꝓpter cuiꝰ pulcri
tudinē ſtatim Holofernes captꝰ eſt. Iudith
x. Vñ Theodolꝰ poeta inq̄t. Femieas vireſ
expauit dux holofernes. Inſignis vidue ve
ſano captꝰ amore. Et ſil'r capti fuerūt iudices
ſenes in formoſitate Suſanne. Daniel. xiij.
Alij q̄ꝫ tyrāni capti ſūt ī pulcritudie ꝟginū
licꝫ ſctē fuerint: vt ptꝫ de ſctā Agnete. Aga
tha. Petronella. katherina ꝛ multis alijs.
Nullus concupiuit Mariam ¶ Sꝫ ex formoſitate ſpōſe celeſt' nullꝰ vn̄q̄ꝫ
occaſionē ꝯcupiſcētie accepit: ſꝫ potiꝰ ſi q̄s lu
xurioſus eā inſpexiſſꝫ remordebat̄ d̄ peccato
ſuo ꝛ repmēbat̄ eiꝰ concupiſcētia ſm̄ q̄ſdaꝫ
theologos i. iij ſen. di. iij. ꝛ ꝓpt' h̄ illi canit ec
cleſia. Specioſa ſctā es ꝛ ſuauis ſctā dei geni
trix. q: tāta fuit ſctitas eiꝰ vt ad alios ipiꝰ ꝟ
tus extēderet̄: ꝛ extigueret ī eis oēm ꝯcupiſcē
tiā carnalē. Vñ dicūt p̄dicti theologi ꝙ Io
ſeph eiꝰ ſpōſus q̄zto ampliꝰ loq̄bat̄ ꝛ ꝯūſaba
tur cū ea: tāto magꝭ ꝯfirmabat̄ ī ꝓpoſito ꝟgi
nitatis quā deo vouerat ſil' cū ea. vt dicetur ī
q̄rta pte p̄ncipali hꝰ opis. ſmōe vi. Et ꝓpter
h̄ btā ꝟgo mirre aſſimilat̄. Eccl. xxiiij. Quia
ſicut mirra odore ſuo occidit vermes: ita ſan
ctitas ipiꝰ ī alios radiabat. ꝛ ī eis extiguebat
vermes ꝯcupiſcētie carnal': ꝛ oēs inhoneſtoſ
motꝰ libidis. ¶ Hoc aūt ex q̄ttuor cauſis ꝓce
dere potuit vl' aliqua eaꝝ ſm̄ ſanctū Bernar
dinū in ſuo quadrageſimali de euāgelio eter
no: in ſmone ſcd̄e ferie poſt dn̄icam oliuarū.
Et p̄mo ꝓpter impreſſionē: q: oībꝫ q̄ incli
nati erāt ad ꝯcupiſcentiā vt carnaliter cōcu
piſcibilis nō apparebat. Nā ſi mulier etiam
valde pulcra ꝓpt' aliq̄d factū q̄d viro diſpli
ceat nō pōt ei vt ꝯcupiſcibil' apparere. Sicut
patuit d̄ Thamar filia Dauid ſpecioſiſſima
ꝛ de Amon fratre ſuo. ij. Reg. xiij. quā ex ma
gno odio fecit poſtea eijci de domo. multo ma
gis ex pte gr̄e potuit h̄ in bonū opari vt for
A moſa ꝟgo nō ꝯcupiſceret̄ ab aliq̄ eā vidente
¶ Scd̄o aūt potuit h̄ ꝓcedere ꝓpt' eiꝰ ꝯūſati
onē q̄ maximā ꝛ admirabilē honeſtatē ꝛ mo
rū ꝛ geſtuū grauitatē in facie ꝛ in toto corpe
eā intuētibꝫ oñdebat: ſuās illd̄. j. ad Theſ.
iiij. vt honeſte ambuletꝭ ad eos q̄ foris ſunt.
ꝛ illud. j. ad Cor. xiiij. Oīa ad edificatōem
fiāt. Et iterꝫ. Oīa honeſte ꝛ ſm̄ ordinē fiāt in
vobis. Conuerſatio igit̄ beatiſſime ꝟgis fuit
honeſtiſſima: intꝰ ꝙ p extrinſeca ſigna ap
parebat aptius ꝙ nullatenꝰ poſſet ad ſeduꝫ
aliq̄d inclinari. imo ꝙ erat tota deo dedicata
ꝛ ſingulariſſimū ſpūſſancti habitaculū ſctā.
Sicut ꝯtingeret de ſanctiſſima muliere que
eſſet quaſi cōtinue rapta. ¶ Tertio h̄ ꝓceſſit A
ꝓpter occultatiōem ſue pulcritudīs. q: eam
q̄ztū poterat celabat. ꝛ nō ornabat ſe ſicut fa
ciunt multe mulieres quaꝝ ornatꝰ magꝭ inci
tat ad luxuriā q̄ꝫ ipſaꝝ pulcritudo. iux' illud
Ouid. in p̄mo de reme. amo. Decipimur cul
ty: gēmis: auroq̄ꝫ tegunt̄ Oia: ps minima ē
ipa puella ſui. Itē beatiſſima ꝟgo coopiebat
optime mēbra ſua: ꝛ ſic occultabat formoſita
tem ſuā Ad h̄ aūt adduci pōt ſilitudo corpo
ris xpi. cuiꝰ claritas poſt reſurrectōꝫ diſcipu
lis celabat̄. ꝛ ſil'r vltra ꝙ btā ꝟgo celabat q̄n
tum poterat ſuā formoſitatē. potuit deus eaꝫ
miraculoſe celare ex malo aīo aſpicientibꝫ vl'
aſpicere volentibꝫ in eā. ¶ Quarto ꝓpter ra B
dioꝝ ex vultu ſuo emiſſionēꝫ hoc ꝓceſſit: ita
vt nullus eā facie ad faciē fixe intueri poſſet
ſm̄ ꝙ ſupra dictū eſt ſmone p̄cedenti ¶ Qui C
to dicere poſſumꝰ ꝙ hoc ꝓueniebat ex ſua pu
ritate. Ad quod melius intelligendū eſt no
tandū ꝙ vt habet̄ Math. xxi. ꝛ Ioh. ij. Xps
eiecit de tēplo omēs vendētes ꝛ emētes in eo.
ꝛ nedū verbis eos redarguit ſed etiā factis.
q: flagello quod de funiculis fecerat eos pcu
tiebat. ꝛ nemo fuit auſus ei reſiſtere. q̄zuis in
ter iudeos nullū p̄matū generet. imo ſamari
tanus ab eis reputabat̄ ꝛ ei in oībꝫ contra
dicere nitebant̄. Cauſa aūt quare ei oēs obe
dirent recedēdo de tēplo aſſignat̄ a doctoribꝫ Nota
maxime a beato Hieronymo. ꝙ a facie et ore
xpi tūc exibant quidā radij ſue diuinitatꝭ: q̄
bus territi obediētes fuerūt d̄o quē intellige
bāt ſub illa carne latere. Ita igit̄ dico ad pro
poſitū ꝙ a facie ꝟgis exibāt radij tāte hone
ſtatis ꝛ puritatis ꝙ etiā ad alios reſultabāt
ꝛ hoc ꝓpter intrinſecā integritatē. Et ad h̄
ꝯfirmandū adduci poteſt ꝙ: vt dicūt ſapien
tes ꝛ experti: ſi adſint due mulieres eque pul
cre. quaꝝ vna ſit ꝟgo pudica: altera ꝟo cor
rupta maiorē dabit tentationē aſpiciēti ſine
dei timore: ꝛ magis inclinabit ad ꝯcupiſcēti
am illa corrupta q̄ꝫ pudica. Et rō ē. q: corru
pta habet vim inficiēdi ꝛ tētandi ex duplici
corruptōe. ſ. nature ꝛ pſone. Nature quidē
q̄ corrupta eſt generalit' ī tota natura huma
na ex pctō p̄moꝝ parētū. ꝛ pſone ſue pticula
ris q̄ eſt corrupta. Altera ꝟo. ſ. ꝟgo pudica:
nō habet corruptōnem pſone: ſed tm̄ nature.
Et ideo minus inficit. Duo enim vincula

ꝺatis paribus magis ligant ꝙꝫ vnū ſolū.§.
penul.⁊ in aut.ꝺe ꝯſan.⁊ vte.fra.⁊ notatur i
§.ſi ꝟo.inſti.ꝺe adop.Cū ꝗ vt probatum eſt
in ꝑma pte ꝑncipali huiꝰ operis.beata ꝟgo
fuerit ꝑſeruata a cōmuni corruptiōe nature
humane.⁊ in ꝑſona ſua nullā penitus vnqꝫ
habuerit corruptōem:nō eſt mirꝝ ſi aſpectus
eius neminē vnqꝫ infecit:imo rōne ſue inui/
olabilitatis ⁊ illibatiſſime atqꝫ incōtamina/
tiſſime ꝟginitatis ⁊ itegerrime puritatꝫ:ad
caſtitatis ⁊ honeſtatis amorē oēs iducebat.
Quare merito dici pōt grā plena i facie ñ ſo
D lū rōne formoſitatꝫ ſꝫ etiā honeſtatꝫ.Scḋo
Maria eiꝰ ſpōſus repleuit eā grā in ore. Ille em̄ dr̄
gratioſa hīc eos gratioſum ꝗ nullū cū eo pctm̄ cōmit/
in ore tit.De ꝗ dr̄ Jacobi.iij.Si ꝗs in ꝟbo nō of/
fenderit hic ꝑfectꝰ eſt vir.Sꝫ ꝗs eſt hic⁊ lau
dabimꝰ eū:Ecci.xxj.Profecto ſi ꝗs h̄ ſerua/
ret:beatus dici poſſet.Juxta illud Ecci.xiiij
⁊.xxv.Beatꝰ vir ꝗ nō eſt lapſus in ꝟbo.De
hac aūt ꝟtute cōmēdat dñs nr̄ Jeſus chriſtꝰ
Jſa.liij.⁊.j.Pe.ij.vbi dr̄.Qui pctm̄ nō fecͣ
nec inuētus eſt dolꝰ in ore eiꝰ. Eius ꝗꝫ beatiſ
ſima mater pōt de hac ꝟtute cōmēdari.a cu/
ius ore nunqꝫ exiuit ꝟbū incōpoſitū aut oci/
oſum ſeu inutile.Sciebat em̄ verā eſſe illaꝫ
moralis Cathonis ſniam ꝗ ait.Virtutē pri
mā puto cōpeſcere linguā.Proximꝰ ille deo
eſt ꝗ ſcit rōne tacere.Et iō ipa ꝗ fuit ꝓxima:
optime vbi opus erat ſilentio ſciebat tacere.
Nouerat nāqꝫ etiā verā eſſe illā Ouidij ſen
tentiā in ſcḋo ꝺ arte amādi dicētꝫ.Eximia ē
ꝟtus ꝑſtare ſilētia rebꝫ.At cōtra grauis eſt
culpa tacēda loꝗ.Et iō om̄ia eiꝰ ꝟba fuerūt
bona atqꝫ morigeratiſſima ⁊ edificatiōe ple/
na.⁊ cōſequenter gratioſa.Juxta illud Ri/
cardi poete i li.ꝺe nuptijs Nil ſmone bono ꝗ
tiꝰ eē ſolet.Vñ de ipa bñdicta ꝟgīe dici pote
rat illud Judith.xj.Nō ē talꝭ mlr̄ ſup terrā
in aſpectu ⁊ i pulcritudīe ⁊ i ſenſu ꝟborum.
E Hoc aūt eē verꝫ ꝓbat:Nā i toto textu euan/
Septeꝫ gelico nō īuenit ꝙ locuta fuerit niſi ſeptē vi/
ꝟba ma/ cibꝫ.⁊ oīa eiꝰ ꝟba fuerunt ſctā ⁊ edificatoria.
rie Vñ eā loꝗ audiētes poterāt ei dicere illḋ qḋ
poſtea filio eiꝰ dictū eſt Joh.vj.ſ.Verba vi
te eterne habes.Hoꝝ aūt ꝟboꝝ tria dixit ꝺo
duo anglo:⁊ duo hoī.Vñ plura locuta ē deo
ꝙꝫ angelo vel homini.ad innuendū ꝙ plꝰ ꝺo
loqui debemꝰ in orōne ⁊ deuotōe ꝙꝫ cuilibꝫ cre
ature.¶Primū aūt verbū qḋ deo dixit fuit
gratiarū actōis.qḋ habet Lu.j.Qñ enim ſe
extolli audiuit ab Elizabeth dixit.Magni
ficat aīa mea dñm.In ꝗ cātico ipa ꝟgo glo
ſa deo gratias agit ꝓ tot ⁊ tātis laudibus ꝗs
ei attribuebat Elizabeth.oīa ipi deo referēs.
Et in h̄ dedit nobis exemplū ꝙ ꝗtidie debe/
mus deo grās ꝓ receptis ab eo bñficijs refer/
re.¶Scḋm ꝟbū eiꝰ fuit lamētatōis qñ ami F
ſit filiū iā duodenariū.⁊ tādē eo inuento di
xit Luc.ij.Fili qd feciſti nob ſic:Ecce pr̄ tu/
us ⁊ ego dolētes ꝗrebamꝰ te.Ex ꝗbꝫ ꝟbis no
bis dedit exemplū.ꝙ ſi ꝓpꝰ pctā nr̄a perdidi/
mus xp̄m:debemꝰ eū querere cū dolore ⁊ ꝯtri
tione.⁊ ſic inueniemꝰ.¶Tertiū ꝟbū fuit cō/ G
paſſionis:qñ in nuptijs deficiente vino:vt
habet Joh.ij.dixit.Vinū nō habent.Ex cō/
paſſione em̄ mota fuit hoc dicere:ne illi ꝗ fa
ciebant nuptias eſſent ꝯfuſi.Hāc aūt cōpaſ
ſionē etiā nūc oñdit erga nos.qꝛ quotidie
orat ꝓ nobis peccatoribꝫ dicēs.Vinum nō
habēt.Vinū nāqꝫ qḋ humanū cor letificat:
ſignificat grām dei quā orat nobis concedi a
deo.⁊ in hoc nobis dedit exemplum pietatis
¶Quartū ꝟbū quod eſt ꝑmū dictū angelo H
fuit ꝟbū honeſtatis.ſ.Quō fiet iſtud qm̄ vi
rum nō cognoſco:id eſt nō cognoſcere ꝓpo/
no.Lu.j.Et in h̄ nobis dedit exēplū cauēdi
ab ipudicis ꝟbis.qꝛ corrūpūt bonos mores
colloquia mala.j.ad Chor.xv.Vñ mōtana
rius in luna celeri.c.xvj.inꝗt.Turpia ſince/
ros corrūpunt famina mores.¶Quintū ꝟ/ I
bū fuit hūilitatꝫ qñ rñdit anglo.Ecce ancil
la dñi.Fiat mihi ſm ꝟbū tuū Lu.j.In ꝗbꝫ
ꝟbis cū ſe vocauerit ancillā ipa ꝗ erat ſpoſa
dei pr̄is atqꝫ electa mater filij dei:⁊ ſacrarium
ſpūſſancti.ac reclinatoriū totius trinitatis.
Et ꝯſequēter regina celoꝝ.dña angelorū.⁊
totiꝰ mūdi imparrix.dedit nobis exēplū hūi
liatiōis.¶Sextū ꝟbū qḋ fuit ꝑmū dictum
hoī:fuit ꝟbū charitatis ⁊ dilectiōis.qñ intra
uit in domū Zacharie:⁊ ſalutauit elizabeth
Lu.j.In hoc etiā dans exēplū ꝙ nemini ex
odio verbū referare debemꝰ.¶Septimū ver K
bū fuit veritatꝫ ⁊ inſtructōis.qñ:vt habetur
Joh.ij.dixit miniſtris nuptiaꝝ.Quodcūqꝫ
dixerit vobis ſuate ⁊ facite.O ꝙꝫ ſalutifera
doctrina eſt iſta.Felices nos ſi obſeruabimꝰ
eā.In ꝗbꝫ ꝟbis nos inſtruxit ꝙ primis nr̄is
debemꝰ tradere bona documēta.Cū igit in oī
bus euāgelijs nō inueniat ꝙ dixerit pl̄a ꝟba
ꝙꝫ ſeptē edificatiua ac exēplis plena.valdeqꝫ
vtilia.merito dici pt plena grā i ore ſuo dul
ciſſimo.Quā gratioſitatē ſibi infudit ſpon/
ſus eiꝰ celeſtꝫ.Juxta illud pſ.xliiij.Diffuſa
eſt grā i labijs tuis ⁊c.Ipa em̄ btiſſima ꝟgo
ꝑfectiſſime ſuauit illud documētū Bernar/
di in quadā epiſtola dicentis.Cū aliqd di/
cis:verba tua ſint rara.vera.ponderoſa ⁊ de

deo. Quaſi nobiſ ex hac ſua morigeratiſſima
locutione diceret illud qḋ inq̇t imperator i.l.
ſi.C.de dona.ſ.verba ſuꝑflua reſpuēda eē cen
ſem⁹.ꝛ in.§.illud ꝟo.in ꝓhemio digeſtoꝝ.
oportet ꝑmū aīas: poſtea linguas fieri erudi
tas. Et illud qḋ inq̇t iuriſcōſult⁹ i.l.labeo.§
fi.ff.de ſuppellec.le.ſ.nemo dicat niſi qḋ ꝑus
mēte agitauerit. Qui eñ cuſtodit os ſuū: cu
ſtodit animā ſuā. Qui aūt incōſiderate loq̇
tur: ſentiet mala. Prouer.xiij.ꝛ trāſſumpti/
T ue in.§.ſꝫ aliud.v.q.v. ¶ Tertio repleuit eā
Maria gratioſa i auribꝫ
ſponſus eı⁹ celeſtis grā in auribꝫ: quādo mi/
ſit ad eā Gabrielē angelū q̄ dulciſſimum ac
gratioſiſſimū cantū in ſuis auribꝫ ex ꝑte ſui
decantauit dicens. Aue grā plena.ſ. nō ſoluꝫ
in anima: ſꝫ etiā in toto corpe.plena gratia ī
facie in ore ꝛ in aure.dñs tecū.q̄ vt inq̇t Au
guſtin⁹ ex ſinu patris ī vteꝝ deſcēdere digna
tus eſt matris.bñdicta tu in mulieribꝫ.q̄ vt
inquit Origenes.ſola diuini germinis pa/
rens effici meruiſti. O gratioſiſſimū cāticū
qḋ etern⁹ ſponſus ī gratioſiſſimis ſponſe ſue
auribꝫ fecit reſonari.atqꝫ eā indicibili ꝯſola
Q tione repleri. ¶ Quarto repleuit eā grā in pe
Gratioſa eſt i pectore
ctore ꝛ in mām̄illis ſuis bñdictis.qḋ oſtēdit
Luc.x.vbi dr̄ ꝙ loquēte Jeſu ad turbas: ex
tollens vocē quedā mulier de turba dixit illi
Btūs venter q̄ te portauit ꝛ vbera q̄ ſuxiſti
hec aūt mulier fuit marcella pediſſequa ſctē
Marthe q̄ ſpūſctō edocta ꝛ inflāmata deuo
tione xp̄i ꝛ intemerate matrꝫ eı⁹. iō appella/
uit btā vbera illa ſanctiſſima: qꝛ fuerūt plēa
dulciſſimo lacte q̄ lactat⁹ eſt fili⁹ dei dulciſſi/
mus.qḋ quidē lac nō venit ad pect⁹ ꝟginis
ꝑ eā viam ꝛ modū q̄ venit ad vbera ceteraꝝ
mulieꝝ ad q̄ aſcēdit de ſanguīe mēſtruo ipa/
rū mulieꝝ.ꝛ ibi generat lac ſm̄ Auicē.de for/
matiōe embrionis. Ad vbera eñ btē ꝟginis
miſit eı⁹ ſpōſus celeſtꝫ de celo lac ꝑcioſiſſimū
in tāta q̄ntitate q̄nta potuit ſufficere ad nu/
triendū ſuū bñdictū filiuꝫ. O igit btiſſima
ꝟgo ꝑfecto tu fuiſti grā plena ī pectore.quia
tue ſacratiſſime mām̄ille fuerūt plene ſacra/
tiſſimo lacte de celo miſſo. Unde canit eccl'ia
Saluatorē ſeculoꝝ: ipm̄ regē angelorū ſola
Tꝟgo lactabat vbere de celo pleno. ¶ Tuū q̄qꝫ
o btāꝝ btiſſima vteꝝ grā repleuit ſpōſus tu⁹
bñdict⁹.ꝛ iō ꝑdicta deuota mlier eū btm̄ ꝑdi
cauit. Tūc eñ vter⁹ mlieris dr̄ beat⁹ qñ cōci/
pit ꝛ parit filios notabiles.pulcros.magnoſ
doctos ꝛ excellēteſ. Felix ḡ vter⁹ ſacratiſſime
ꝟgis ꝛ grā replet⁹.q̄ tam magnū dñm conce
pit ꝛ pepit ꝙ tot⁹ mūdus cape eı⁹ excellētiam
neq̇t.q̄ ſol⁹ pl⁹ valet q̄ꝫ oēs q̄ vnq̄ꝫ in mundo
fuerūt geniti. Uñ canit eccl'ia. Quē terra pō
tus ethera: colūt adorāt ꝑdicāt: trinā regen/
tem machinā clauſtrū Marie baiulat. Et
iteꝝ. Beata viſcera Marie ꝟgis q̄ portaue
runt eterni patris filiū. ¶ Eı⁹ q̄ꝫ pedes ſan/ Q
ctiſſimi repleti fuerūt grā.qꝛ et eūdo ꝛ ſtan/
do ſꝑ fuerūt in ſponſi ſui ſeruitio exercitati.
Semꝑ eñ eis vſa eſt ꝟtuoſe ꝛ ſancte. Nam
ſm̄ ꝙ in euāgelio reperit ad tria opera pedes
Ad tria currere debem⁹
ſuos mouit: dans nobis exempluꝫ ꝙ ad hec
tria curram⁹. Primo ad op⁹ obediētie ꝛ hu/
miliatiōis.qñ vt habet Luc.ij.iuit cum Jo/
ſeph in bethleē vbi deſcriberet ſm̄ edictū ceſa/
ris. Hoc eñ iter tantū ſponſo ſuo celeſti pla
cuit ꝙ tūc fecit ex ea naſci filiū ſuuꝫ. Tu igit
o aīa deuota facias q̄ tibi ex obediētia iniun/
gunt ꝛ valde mereberis.qꝛ magna eſt ꝟtus
obediētia.vt ait glo.in.l.deſertorē.§ in bello.
ff.de re mili.ꝛ eſt maximi meriti apud deum.
c.nulla.xciij.di.ꝛ.c.ſciendū.viij.q.j. Licꝫ āt
Octauian⁹ imperator eſſet infidelis tñ voluit
btiſſima ꝟgo illı⁹ obtemꝑare mādatꝫ: dans
nobis exemplū ꝙ etiā ꝑlatis malis debemus
obedire in licitis ꝛ honeſtis.j.Pe.ij.ꝛ.c. Ju
lianus.ꝛ.c.q̄ reſiſtit.ꝛ.c.ſi dñs.ꝛ.c. impera/
res.ꝛ.c.q̄d ḡ.xj.q.iij. Ad qḋ adduci pōt illḋ
qḋ inquit Uirgili⁹ in.iiij.georgi dicēs. Eſt
legū ſeruāda fides: ſuprema poteſtaſ. Quod
mādat fieriqꝫ iubet parere neceſſe eſt. ¶ Se/ P
cundo exercuit btā ꝟgo ſuos pedes ſacratiſſi
mos in oꝑe charitatis ꝛ dilectōis.qñ vt ha/
betur Luc.j.iuit cū feſtinatione in mōtana
ad viſitandū Elizabeth.ꝛ vt ei ſeruirꝫ vt di
cit Amb.ſuꝑ Luc. Ad h̄ etiā opus pietatis
mouit pedes ſuos qñ portauit filiū ſuuꝫ in
egyptū ne occideret ab Herode.vt habetur
Matt.ij.ꝛ tūc de ipſa verificata fuit illa ſen
tentia q̄ ponit in.vj.eney.ſcꝫ Uicit iter duꝝ
pietas datur ora tueri Nate tua. in itinere
eñ tā duro ꝛ aſpero ꝯſolabat aſpectu ꝛ am/
plexibꝫ dulciſſimi filij ſui.ꝛ pietate materna
Et in his motibꝫ dedit nobis exemplū exer/
cendi libenter oꝑa pietatis. De q̄ excellēti ꝟ
tute inq̇t Pretoni⁹ poeta. O maxima reruꝫ
Et merito pietas hoī tutiſſima ꝟtus. Qui
tertio mouit pedes ſuos bñdictos ad op⁹ la/
trie ꝛ deuotiōis.qñ vt habet Luc.ij.iuit ad
templū ad offerendū ꝛ ꝑſentandū filiū ſuuꝫ
Itē qñ vt in eodē.c.habet in die feſto iā filio
ſuo facto duodenario aſcendit hieruſalē ad
adorandū dñm in templo. in q̄ motu dedit
nobis exēplū eūdi liber ad eccl'ias ꝛ ibi ado/
rare ꝛ deꝑcari dñm: iuxta illud pś. In eccl'ijs
benedicite deo domino. Eccleſia eñ eſt dom⁹
I

dei ꝛ loc⁹ orõnis. dicente dño Matth.xxj. Dom⁹ mea dom⁹ orõnis vocabiť.fač capitulum oratoriũ.ꝛ capitulum in oratorio. xlvij

R dis.¶ Man⁹ q̃z ſpõſe ſue repleuit de⁹ grã in tantũ ꝙ dedit ei ptãtez extẽdendi man⁹ ſuas ſup quoſcũqꝫ pctõres ad ſe recurrẽtes ꝛ eorũ aĩas. Uñ de illa dicere poſſum⁹ illð Job.xij. In manu ei⁹ eſt aĩa omis viuẽtis. Et iõ ipa que eſt gratioſiſſima extendit manũ ſuã i retribuendo.ſ.ſuis ſeruitoribꝫ.pſ.liiij. Itẽ adiuuat manu ſua bñdicta ſuos deuotos. Uñ ipa dicit illud pſ.lxxxviij. Manus mea auxiliabiť ei ꝛ brachiũ meũ ꝯfortabit eũ.ſ.q ad meũ cõfugiet patrociniũ. Dedit q̃z ſponſus celeſt benedicte ỽgini virtutẽ extendẽdi manũ ſuã ſup mare.i.ſup amaricatos.ꝛ eos conſolãdi.iuxta illud pſ.lxxxviij. Ponã i mari manũ ei⁹ ꝛc. Et ideo o gratioſiſſima virgo: vnuſqſqꝫ tribulat⁹ dꝫ ad te recurrere ꝛ dicere cũ ꝑpha pſ.cxviij. Fiat manus tua vt ſaluet me.ꝛ pſ.cxliij. Emitte manũ tuã de alto. eripe me vt nõ infigar ꝛc. Et ptin⁹ liberatus dicere poterit cũ eodẽ ꝑpha pſ.cxxxvij. Poſuiſti ſup me manũ tuã:ꝛ ſaluũ me fecit dextera tua. O man⁹ bñiſſime ſanctiſſime ỽginis qbꝫ ſpero deduci ad locũ eterne felicitatꝭ Uñ de eius benignitate ꝯfiſus dicã ei cũ ꝑpheta pſ.cxxxviij. Illuc man⁹ tua deducet me ꝛ tenebit me dextera tua. Et iterũ ꝯfidẽter dicam Cara ſperanza mia tu ſey pur quella per cui ſpero anchora eſſer ellecto. Candare al celo alume de tua ſtella. O man⁹ bñdicte ſpõſe celeſtis de q̃ dici pt illud qð inqt Dauid de manu dei.pſ.cxliiij. Aperis tu manũ tuã et imples omẽ aĩal bñdictõe.

Gratioſe man⁹

S ¶ O igiť pctõr bonũ nouũ o peccatrix.optimũ nouũ nõ diffidas nõ deſperes etiã ſi comiſiſti oĩa pctã enormia ſed ꝯfidenter ꝛ ſecure ad iſtã glioſiſſimã dominã recurras. Inuenies em̃ eã in manibꝫ plenã curialitate.pietate.miſericordia. gratioſitate ꝛ largitate. Pl⁹ ei deſiderat ipa facere tibi bonũ ꝛ largiri aliquã graꝫqꝫ tu accipe ꝯcupiſcas. Unde illi inquit Bern. Aue gra plena.in ventre gratia diuinitatis. In ore grã affabilitatis. In corde gratia charitatiſ In manibꝫ grã miſericordie et largitatis. Hec ille. Propť has igiť ꝑrogatiuas quas celeſtis ſpõſus btẽ ỽgini donauit:inqt deuotus Anſel.loquẽs deo. Quõ veniã ad te niſi p Mariã p quã veniſti ad me? Qui em̃ per aliã viã vadit:poti⁹ deuiat qꝫ vadat. Sctũs quoqꝫ Bern.ipam bñdictã ỽginẽ alloquẽs ait. Sancta Maria ỽgo beata tu via es per quã homo venit ad deũ.ꝛ peccatoꝝ ad veniã ꝛ p quã venit ad peccatorẽ venia.nõ em̃ venit ad veniã qui neſcit amare Mariã Hec ille. Ecce ğ quomodo ſpõſus celeſtis magnificam donationẽ ꝑpter nuptias fecit ſponſe ſue:grã eã replẽdo in toto corpore ꝛ in oĩbus ſenſibꝫ corpalibꝫ ꝛ in tota aĩa. Ipſam etiam ſpõſam ſuã benedictã nõ ſolũ gratia repleuit ſed ſibi totaliť cõſecrauit. Iuxta illð pſ.xlv. Sanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus.

T ¶ Dotẽ q̃z ſpõſe ſue accreuit. Uñ poſſum⁹ denote meditari ꝙ vidẽs de⁹ ſcitatẽ btẽ ỽginiſ ꝛ dotẽ magnã quã habebat.ſ.oĩm ỽtutũ: dicere potuit parẽtibꝫ ei⁹ illð Gẽn.xxxiiij. Augete dotẽ ꝛ munera poſtulate:libẽs tribuã qð petieritis tm̃ date mihi vxorẽ hãc puellam. Accepta igiť ea i ſpõſam:augmẽtauit ei⁹ dotem:qꝛ de ỽtute in ỽtutẽ illã creſcere mirabiliter fecit.ita vt de ipa dici poſſet illud qð de filio ei⁹ poſtea ſcriptũ eſt Luce.ij.ſ.creſcebat ſapiẽtia.etate:ꝛ gratia apud deũ ꝛ homines Sed nõ ꝯtẽtus rex celeſtꝭ ſupradictꝭ muneribꝫ ſponſalicijs ꝛ donatõe ꝑpť nuptias atqꝫ augmẽto dotis dilectiſſime ſponſe ſue ei maximã dotẽ dedit. Nã oẽs aĩe eiũs potẽtias excellẽtiſſime dotauit.

V ¶ Primo igiť itellectuꝫ ipſi⁹ dotauit dono ſapientie ꝛ intelligentie. Cã pclaꝝ aũt eſt donũ ſciẽtie ꝙ ſm phꝫ.viij. phiſ.homo dꝫ equiuoce de docto ꝛ indocto. Nã tãta eſt differẽtia inter virũ doctũ ꝛ indoctum:quanta eſt inter viuũ ꝛ depictũ Homo em̃ viuus habet oculos ꝛ cum eis videt. aures ꝛ cum eis audit.ceteraqꝫ ſenſuũ organa ſeu inſtrumẽta.ꝛ cũ eis operať opatiões vitales. Mortu⁹ aũt ſeu depictus licꝫ habeat talia inſtrumẽta:cũ eis tñ nihil operatur. quia cũ oculis quos habet nõ videt.ꝛ cũ auribus non audit.ꝛ ſic de ſingulis. quia caret anima corp⁹ viuificãte. Dicit em̃ phs.ij. de aĩa.ꝙ aĩa eſt ꝑncipiũ viuẽdi:ſentiendi ꝛ itelligẽdi. Cũ igitur pfectio intellectus ſit ſcire: vt inquit cõmentator Auerrois in.ij de aĩa. ideo doct⁹ ꝛ ſciẽtificus dꝫ ỽe homo tanqꝫ ſua pfectione dotatus ꝛ pfectus. Indoctus autẽ tãqꝫ ꝑuatus ſua pfectõe non dꝫ ꝑprie homo Sponſus igiť celeſtis hanc dotem intelligẽtie dedit ſponſe ſue tam excellentiſſimo modo:ꝙ licet natura humana habuerit plurimos viros doctos i diuerſis ſcientijs .nemo tamẽ vnqꝫ ea doctior fuit:immo ipſa fuit ſuper omnes doctiſſima. Sciuit em̃ pl⁹ qꝫ omnes grãmatici.rethorici.logici. muſici.geometre.ariſmetrici.aſtrologi.phiſici.methaphiſici.legiſte.canoniſte.ꝛ theologi.ꝛ q̃cũqꝫ alij periti in quauis arte liberali vel mecha/

Dotauit de⁹ intellectũ Marie

Maria oium doctiſſima.

nica. Que ... cluſio ꝓbat̃ p illā regulā Ber.
in ep̃la ad canonicos lugdunenſes dicentis
Quicq̇d alijs licet paucíſſimis eſt conceſſuȝ:
nō eſt credendū glīoſe ỽgini fuiſſe denegatū
Si ḡ p̄dicte ſciētie aliq̇bꝫ fuerūt ꝯceſſe: non
eſt dubitandū ꝙ mlto excellēti⁹ ꝯceſſit illas
Nomen ſpōſus celeſtis ſue ſpōſe bn̄dictiſſime. Preterea
Geñ.ij. habet̃ ꝙ Adā poſuit oībꝫ aīalibꝫ no/
men eis ꝯueniēs ſm ſuas ꝓprietates. Noīa
eñi debēt ꝓprietatibꝫ reꝝ correſpōdere. §. eſt ꝛ
aliud. inſti. de dona. cū ſi. Hoc aūt Adam facere
neſciuiſſet niſi oēs eoꝝ ꝓprietates intrin/
ſecas cognouiſſet. vt ꝯcludit Nicola⁹ de lyra
ſup hoc paſſu. vbi etiā dicit ꝙ deus formauit
hoīem pfectū: nō ſolū q̄ꝫtum ad corp⁹ vt ſta/
Adam tim poſſet generare: ſꝫ etiā q̄ꝫtum ad animā
ſciuit in ſciētia ad quā pt q̇s naturaliter attingere
vt ſtatim poſſet docere. De ſupnaturalibus
aūt habuit cognitionē tantā q̄ꝫtū ptinet ad
ſtatū illū. Dicit quoqꝫ idē Nicola⁹ ſup. v. c.
eiuſdē libri Geñ. ꝙ Adā cognouit virtutes
herbaꝝ ꝛ lapidū q̄ faciūt ad ꝯſeruandaȝ ſa/
nitatē ꝛ vitā ꝓlongandā. ꝛ iō vixit diu. ſcꝫ
dcccccxxx. annis ſm cōem trāſlatiōem biblie.
ſꝫ ſm trāſlationem methodij vixit. Mxxx.
Cognouit ḡ Adā res ꝛ ꝓprietates eaꝝ. ita ꝙ
nō incōueniēter dici pōt ꝙ ille vltime diffe/
rentie reꝝ ſeu ſpecieꝝ q̄ ſm phm. j. poſterioꝝ
nobis ſunt occulte: ei fuerūt note ꝛ clare. Et
ideo optime nouit eis imponere nomē ꝯcor/
dans eaꝝ ꝓprietatibꝫ. Vñ inq̇t Nicola⁹ de
lyra ſup Geñ. Luꝫ oīa denotant̃: ꝓprietates
reꝝ cognoſcant̃. ꝛ null⁹ bñ regit ea q̄ꝝ natu/
ram ignorat. Sꝫ oīa cōmiſſa fuerūt regimi
ni ꝛ gubernationi Ade ſm illud ps. oīa ſub/
ieciſti ſub pedibꝫ ei⁹ ꝛc̃. ḡ a p̄maria ꝯditione
habuit Adā reꝝ oīm cognitionē. ꝛ hec ſnīa
eſt ſancti Bonauē. in. ij. diſt. xxiij. ar. iij. q. j.
quā ſilr̃ tenet Hugo de ſctō victo. in li. de ſa/
cramētis dicēs. Reꝝ oīm q̄ cū hoīe ꝛ ꝓpt̃ ho
minē facte ſunt Ade dedit deus cognitiōem.
Hec ille. q̄ iteꝝ ibidē ait. Cognouit hō crea/
torem ſuū nō ea cognitiōe qua mō a credēti/
bus abſens querit̃: ſꝫ ea qua tūc p ꝯtēplatio
nis p̄ſentiā cernebat̃. Et idē ponit ſctūs Bo
nauē. vbi. s̄. q. iij. Et ſic nō cognouit p ſpecu/
lum in enigmate. qḋ ſm Aug. xiiij. de trini.
eſt ſilitudo obſcura. ſꝫ p ſpeculū claꝝ ꝯtēpla
tionis: que cognitio in ſtatu innocētie preci/
pue vigebat. tū ꝓpt̃ aīe puritatē. tum ꝓpter
carnis ꝛ viriū inferioꝝ ſubiectionē ipſi aīe.
vt ait beat⁹ Bonauē. vbi. s̄. Si ḡ p̄mus ho/
mo dei p̄uaricatoꝛ futur⁹ talē habuit cogniti
onem. multo mag̃ eſt credendū dei genitri/
cem inocentiſſimā ꝛ puriſſimā ꝛ nūq̄ꝫ pecca/
turā. ꝛ cui⁹ aīe caro cū oībꝫ viribꝫ ſuis ſemp
fuit ſubiectiſſima: creatorē ꝛ creaturas excel/
lentiſſime cognouiſſe. Beat⁹ etiā Tho. in. j.
pte ſum. q. xciiij. ar. iij. dicit ꝙ Adaȝ ita eſt a
deo inſtitutus vt haberet oīm ſciam in q̇bus
homo apt⁹natus eſt inſtrui. ꝛ ꝯſequēter ha/
Marie buit oēm ſciam poſſibilē in hac vita haberi.
doctoꝛ O glīoſiſſima ỽgo nōne tu meruiſti eſſe pfe
Adam ctioꝛ Adam? Certe ſic. Quia ab eterno ele/
cta fuiſti ad op⁹ excellentius q̄ꝫ ipſe Adam.
Adam eñi fuit elect⁹ vt eſſet pater oīm hoīm
tu aūt vt eſſes mater dei. ꝛ ꝯſequēter debuiſti
eſſe in omni ſciētia pfectioꝛ ipſo ꝛ cūctis ei⁹
poſteris. Et hoc teſtat̃ beat⁹ Anſelm⁹ dicens
Oēs theſauri ſapie ꝛ ſcie i Maria. No/
tanter aūt dixit ſapie ꝛ ſcie. q2 ſcia ē cognitio
reꝝ infimaꝝ. ſapia ỽo eſt reꝝ altiſſimarum:
ſm phm. ix. ethi. ꝛ j. metaphi. vbi ait ꝙ ſapi/
ens eſt ille q̄ ſcit oīa ꝛ difficilia p certitudi
nem ꝛ cauſas altiſſimas. vt igitur innueret
Anſel. ꝙ beata ỽgo habuit pfectā cognitōem
de infimis ꝛ altiſſimis rebꝫ: vtrūq̄ꝫ terminuȝ
poſuit: ꝛ dixit theſauros ſcientie ꝛ ſapientie
eam habere. quia maxim⁹ theſaur⁹ eſt ſapien/
tia ꝛ ſcientia. iux̃ illud Sap. vij. Infinitus
eſt theſaur⁹ hoībꝫ ꝛc̃. ꝛ Eccl. j. dr̃. in theſau/
Iurꝭ ris ſapiētie intellectus ꝛ ſciētia. Vñ inq̇t iu/
ſcia riſcōſultus in. l. j. §. pinde. ver. eſt eñi. ff. de
vari. ꝛ extra. co. ꝙ ciuilis ſapiētia ē theſaur⁹:
q̄ nō pōt p̄cio numario compari. Phs ỽo di/
cit in libro de bona fortuna. c. ij. Nihil meli⁹
eſt ſciētia ꝛ intellectu niſi deus. Ex q̇bꝫ appa
ret q̄ꝫ p̄cioſam dotē dedit deus ſue ſponſe q̄ ei
donauit omnes theſauros ſapientie ꝛ ſciētie
¶ Et notandū ꝙ licet magnū ſit ſcire creata.
maius tñ eſt ſcire ꝛ intelligere creatorem. q̇a
nobili⁹ ſubiectū eſt creatoꝛ q̄ꝫ creatura. ꝛ pe/
nes nobilitatē ſubiecti attendit̃ nobilitas ſci
entie: vt dicit phs ꝛ cōmentatoꝛ in ꝓhemio
libri de aīa. O igit̃ glorioſiſſima virgo ha/
buiſti tu cognitiōem dei? Certe ſic. ꝛ plus q̄ꝫ
alia rationalis creatura. Nā licet Moyſes
in veteri teſtamēto ꝛ Paulus in nouo hanc
ſingularē dotē habuerint ꝙ ante mortē ſuaȝ
viderunt diuinā eſſentiam nō ſolū in enig/
mate ſicut ceteri viatores: ſꝫ etiā ſm modum
comp̄henſoꝝ. vt declarat beatus Tho. ij. ij. q.
clxxv. art. iij. ꝛ Rich. noſter in. iiij. diſt. xlix.
ar. ij. q. vj. ꝛ Aug. in libro de videndo deum
ꝛ. xij. ſup Geñ. ad l̃ram. ꝛ glo. ij. ad Choꝛ. xij.
Idem tamen priuilegiū ꝯceſſum fuit excellē
tius ipſi virgini tanq̄ꝫ excellentiori perſone
qḋ teſtatur Bern. in quodā ſmone qui incī

Margin notes (right column): ꝛ / Mag / gū ē ſci / re crea / torem (beside "maius tñ eſt ſcire ꝛ intelligere creatorem" … "libri de aīa")

pit. Signū magnū dicēs. Maria ſole ꝓhi
betur amicta. q: ꝓfundiſſimā diuine ſapiētie
vltra q̄ꝫ credi valeat penetrauit abyſſum. vt
q̄ꝫtum ſine pſonali vnione create cōditio pa
titur: luci illi inacceſſibili videatur immerſa
Hec ille. O benedicta ꝟgo ego credo ꝙ ſicut
Johānes euāgeliſta quādo recubuit ſup̄ ſa/
cratiſſimū pect⁹ dn̄i Jeſu auxit fluēta euāge
lij. c. legim⁹. xciij. diſ. q̄ poſtea eructauit dicēs
ſui euāgelij. j. c. In ꝑncipio erat verbum ꝛc.
que ꝓhi ignorauerūt. ita ꝛ tu qn̄ tenebas inter
brachia tua infantē illū dulciſſimū Jeſuꝫ fi/
lium tuū hauriebas fontē ſapientie diuine.
Jpe em̄ dilectiſſimus filius tuus emittebat
radios ſue diuinitatis ſub illa carne innocē
tiſſima vſq3 ad intellectū tuū. Maxime aūt
hoc faciebat cū in tuo ſacratiſſimo vtero re/
cubabat. Similiter quādo in te deſcēdit ſpi/
ritusſanct⁹ ꝛ ꝟtus altiſſimi obumbrauit tibi
Luc. j. tātis radijs intelligētie ꝛ ſcie te illu/
ſtrauit ꝙ clare vidiſti diuinā eſſentiā. ꝛ cōſe/
quenter doctiſſima oīm effecta es: quia meli/
ores erāt ſcole ille q̄ꝫ athenienſes vl' pariſienſes
ſeu bononienſes ꝛ q̄cūq3 alia mūdi gymnaſia.
Et ꝯfirmātur ꝑdicta. q: vt inq̄t Hieronim⁹
in ſmone de aſſumptione. Apl'i ꝑ ſpm̄ſctūm
oīa cognouerūt ꝛ in omnē edocti fuerūt veri
tatē. ꝗ virgo glorioſiſſima nō minus: immo
magis q̄ꝫ apl'i fuit edocta. Qd̄ cōſirmat Hi
eronym⁹ vbi ſ. di. Beata ꝟgo inter apoſto/
los intrās ꝛ exiēs familiari⁹ cū eis ꝯtulit de
xp̄i incarnatōe. tāto ſiquidē verius q̄nto ab
initio ꝑ ſpm̄ſctm̄ plenius cuncta didicerat ꝛ
ꝑſpexerat plenius vniuerſa. Hec ille. Ex q̄/
bus omnibꝫ patet quomodo ſpōſus celeſtis
dotauit ꝑmā potentiā beate ꝟginis. ſ. intelle/
ctum theſauro ſapie. ¶ Secūda potētia aīe
dr̄ voluntas que tunc eſt plena gratia qn̄ or/
dinate amat creatorē ꝛ creaturas. Hic autē
amor ſeu charitas ſm Aug. xv. de trinitate.
c. xviij. eſt excellētiſſimū dei donū quod ſoluꝫ
diuidit inter filios regni eterni ꝛ ꝑditionis
Hoc aūt ordinatiſſimo amore repleuit deus
animā ſponſe ſue. ꝛ ꝯſequēter dotauit ſcd̄am
eius potentiā. ſ. voluntatē theſauro charita/
tis. Jpa etenim ꝟgo benedicta perfectiſſime
amauit creatorē ꝛ creaturas ea menſura qua
amare debebat. vt declarabit in q̄rta ꝑte ꝑnci
pali hui⁹ opis. ſer. ij. ꝑte. iij. Deū naq3 ama/
uit feruētiſſime ex toto corde ſuo. ex tota aīa
ſua: ꝛ ex tota mēte ſua. ꝛ oībꝫ viribꝫ ſuis. ſm
diuinū ꝑceptū Deut. vj. Mat. xxij. Mar
ci. xij. ꝛ Lu. x. ꝛ d̄ pe. di. ij. c. charitas. §. ergo
charitatem. ꝛ de ſacra vncti. c. vnico. §. hoc

y dotauit volūtatē Marie

vnguento. Unde Proſper in li. epigrama/
tum inquit. Tota mente deus. tota vi cordiſ
ametur. Et quidem alius poeta dixit. Quo
melior cūctis de⁹ eſt: pl⁹ cūctis ametur. Catho
quoq3 in ſuis documētis ait. Si deus ē ani/
mus nobis vt carmina dicūt. Hic tibi preci/
pue ſit pura mēte colēdus. ¶ O, aūt beatiſſi/ B
ma ꝟgo ſup om̄es creaturas feruenter deum
amauerit: imo ꝙ ipſa ſola pl⁹ eum dilexerit:
q̄ꝫ om̄es āgeli ꝛ ſancti ſimul. ꝓbatur ſic. Nō
eſt dubitandū ꝙ ꝟgo gl'ioſa fuit grata erga
deum. nā ſi quilibet credit' gratus niſi expreſſe
doceatur ingrat⁹. l. om̄imodo. ꝛ. l. liberi. C. de
inoffi. te. ꝛ. l. fi. §. fi. C. de ſecū. nup. ꝛ i aut. vt
cū de appel. co. §. fi. ꝛ. l. ſeruos. ff. de manu. te/
ſta. multo magis hoc credendū eſt de matre
dei ſanctiſſima. Itē certū eſt ꝙ bn̄dicta ꝟgo
fecit om̄e illud ad qd̄ tenebat'. Si em̄ oppo/
ſitū feciſſet nō fuiſſet ſancta. ſꝫ ipa obligaba/
tur pl⁹ amare deū q̄ꝫ oēs angeli ꝛ ſcti ſil'. ergo
ita amauit. Et ſi querat' quare ſic erat obli/
gata: Reſpondet' ꝙ hoc ideo. quia ipſa ſola
plura ꝛ maiora beneficia a deo recepit q̄ꝫ om/
nes angeli ꝛ ſcti. oēſq3 creature ſil'. Maius
em̄ beneficiū fuit ipſam effici mr̄em dei q̄ꝫ q̄c/
quid collatū eſt om̄ibꝫ creaturꝫ ſil'. Or igit'
vt ait Grego. in quadā omel'. Cū augentur
dona: rōnes etiā creſcūt donoꝝ. quod etiā no
tari poteſt i. l. preſbyteri. C. de epiſcopis ꝛ cle
ricis. ꝛ in. l. ſi vt certo. §. nunc videnduꝫ. ff.
de pericu. ꝛ cōmo. rei ven. ꝛ in. l. ſi quis i gra
ui. ff. ad ſilleianū. Sequit' ꝙ ipa magꝫ obli/
gata erat amare deū q̄ꝫ om̄es angeli ꝛ ſancti.
Uñ inq̄t Hiero. in ſmone aſſumptiōis. Et
ſi xp̄s ab om̄ibꝫ ſit amādus: ꝛ ex toto corde ꝛ
ex tota aīa ꝛ ex tota ꝟtute querēdus. maxime
tamē ab ea ardētius cuius erat filius ꝛ iō to
tam eā incāduerat diuin⁹ amor: ita vt nihil
eſſet mundanū quod eius violaret affectuꝫ:
ſed ardor ꝯtinuus ꝛ ebrietas ꝑfuſi amoris.
Hec ille. Aliq̄ etiā doctores dicunt ꝙ licet de
cōmuni lege creatura viatrix nō poſſit ama
re deū actualiter ꝛ ꝯtinue: ſꝫ iterrupte. q: dū
vertitur ad alia. nec de deo cogitat. nec conſe/
quenter ipm̄ actualiter amat. ſaltem quādo
dormit. tn̄ ipſa glorioſiſſima virgo d̄ priuile
gio ſingulari continue ꝛ ſemp deum amabat
actualiter. non ſolū dū vigilabat: ſed ꝛ quan
do dormiebat ſemp de deo cogitabat ꝛ ipſum
amabat. q: licꝫ eius corpus dormiret: anim⁹
tamen ꝛ cor ipſi⁹ vigilabat. Hieronym⁹ au/
tem vbi ſup̄ addit Nouis quotidie inflam
mabatur deſiderioꝝ affectibꝫ: tanto ſiqui
dem validius quanto diuinis anim⁹ illius

trahebat intus incitamētū. Aug⁹. quoq₃ eã
alloquēs in quodā ſermone inquit. Te ipſe
rex regū vt matrē verā ⁊ decorā ſponſam p oī
bus diligens amoris amplexu ſibi ſociauit.
quia tu eū pre oīb⁹ dilexiſti. Hec ille. Ex q̄
bus apparet qualiter a deo dotata fuit volū
A tas ꝟginis bñdicte. ¶ Tertia potētia anime
Nota/ eſt memoria ad quā ꝑtinet ſpecies ſenſibilis
uit mēo/ ab exteriorib⁹ ⁊ interioribus ſenſibus perce
riā Ma ptas ↄſeruare. Unde propter hͦ ipſa memo/
rie ria in. iij. de anima: appellatur archa omniū
ſpecierū. ſ. omniū viſibiliū: audibilium: odo
rabiliū: guſtabiliū ⁊ tangibiliū. ⁊ etiā inſen
ſatorum que eliciunt a ſenſatis ꝑ virtutē ex/
timatiuā. vt eſt ſpecies amicicie vel inimici/
cie quā elicit agnus ex viſione matris vl' lu/
pi. Hec igitur memoria tūc dici poteſt plena ḡ
tia: quādo viſa: audita ⁊ lecta ſalubria ſeu ſa
lutifera cōſeruat ⁊ meminit. vtputa dei bene/
ficia ⁊ mādata. xpi myſteria. ⁊ cetera huiuſ/
modi. O virgo benedicta habuiſti tu memo/
riam gratia plenā? Certe ſic. De te eñ ſcptū
eſt Luc. ij. Maria cōſeruabat oīa verba
hec conferēs in corde ſuo. Uerba ſcȝ que de
xpo dicebantur: vt exponit Hiero. que omnia
erāt ſalubria. O miſeri mortales. O ceci ho
mines: ⁊ vos quid meminiſtis? heu q2 poti/
us mala q̄3 bona. Iuxta illud Oracij in epi/
ſtolis dicētis. Diſcit eñ citius meminitq₃ li/
benti⁹ illud. Qd̄ quis deridet: q̄3 quod ꝓbat
⁊ veneratur. Et iō vos abutimini potentia me
moratiua. Nō ſic aūt faciebat prudētiſſima
ꝟgo. Et cauſa quare in memoria ſꝑ haberet
diuina beneficia ⁊ alia ſalutifera: poteſt aſſi/
gnari illa que ponitur in clemē. vnica. §. huius
memorialis. de reli. ⁊ ve. ſanctorū. vbi dicitur.
Memoria diſtricte retinetur cui⁹ donū aſpici
tur. Unñ Tulli⁹ in. j. rethori. ait. Memoria
nil ꝑdit niſi id ad qd̄ nō ſepe reſpicit. Uirgo
eñ beatiſſima ↄtinue reſpiciebat toto mētis
affectu diuina mādata ⁊ eius beneficia cete/
raq₃ ſalubria. ⁊ iō eoꝝ nūq̄3 obliuiſcebatur. vñ
in ipa verificata eſt illa ſentētia que ponitur in
l. ij. §. ſed quia diuie. ⁊ al's allegatur. §. ſi q̄d
autem. C. de veteri iu. enucle. ſ. omniū habere
memoriā ⁊ nullius obliuiſci diuinitatis po
tius q̄3 humanitatis eſt. quod etiā notat glo.
in. c. cum adeo. de reſcriptis. ⁊ in. c. porrecta.
de cōfir. vti. vel inuti. ⁊ in. c. illud domin⁹. de
cleri. excō. mini. licet eñ memoria ſit res in/
firma. l. peregre. ff. de acquirenda poſſeſſione
⁊ argumentū. ff. de adimēdis lega. l. filio. ⁊ q̄3
uis ſit res labilis. l. ſi arbiter. ff. de ꝓba. ⁊. l. iu
bemus. C. de teſtamē. Unñ dicitur ꝙ etiā papam
quādoq₃ fallit obliuio. c. preterea. vbi gloſa
xviij. diſ. quod etiā notat glo. in dicto caplo.
illud dñs. de cle. excō. mini. Tamen in beata
virgine nunq̄3 eſt infirmata ſicut ↄmuniter
fit in ſenſib⁹. ſed ſemꝑ fuit ſtabilis ⁊ firmiſſi/
ma. Et ideo memoria naturalis Senece et
ſancti Anthonij paduani q̄ memoria ꝓ codi
cibus vtebatur. Itē memoria artificial' Tullij
⁊ cunctoꝝ hoīm nihil erat in cōparatiōe me
morie ꝟginis glorioſe. Unde licet dicatur ꝙ
ſcripture ſunt inuēte cauſa memorie. vt in au
ten. vt prepo. no. imper. coll'. v. ⁊. l. contrahitur.
ff. de pigno. tñ quo ad ipſam virginē nō erāt
neceſſarie alique ſcripture ꝓ ↄſeruatiōe me/
morie ſue. Cū igitur dicat Seneca in ꝓhemio
libri declamationū. Memoria eſt res ex om
nib⁹ animi partib⁹ maxie delicata. ⁊ Goffre
dus anglicus in poetria ſua canat. Cellula
que meminit eſt cellula deliciaꝝ ⁊c̄. Unñ Tul
lius in. iij. rethori. appellat memoriā theſau
rariā inuentoꝝ. Apparet q̄3 ꝓcioſam dotē de/
dit ſpōſus celeſtis ſue dilectiſſime ſpōſe. quā
tam inſigni memoria illuſtrauit. ⁊ cuius me
moriā oīb⁹ bonoꝝ intelligibiliū ſpeciebus
repleuit. ¶ Quarta aīe potentia dr̄ ↄcupiſci B
bilis. Per experiētiā nāq₃ videm⁹ ꝙ nos mul Nota/
ta deſideramus. ego vnū. tu aliud. ille aliud uit cōcu/
Sicut ḡ nō poſſem⁹ aliquid videre niſi ha/ piſcibilē.
beremus potentiā viſiuā: nec audire ſine po/
tentia auditiua. ⁊ ſic de alijs. ita nō poſſum⁹
aliquid deſiderare niſi in nobis haberem⁹ ali
quā potentiā qua hūc affectū deſiderandi fa
cere poſſumus. ⁊ iſta potentia dr̄ ↄcupiſcibil'
vel deſideratiua. ⁊ poteſt cōcupiſcere bonū et
malū. Unde quia caro ⁊ ſenſualitas deſide/
rat carnalia ⁊ ſenſualia. ⁊ ex peccato ꝓmorū
parentū eſt inclinata ad appetendū nociua.
Ideo dicitur ad Gal'. v. ꝙ caro cōcupiſcit ad/
uerſus ſpm̄. id eſt res contrarias ſpiritui: id
eſt anime ſaluti ſcḋm vnā expoſitiōem. Hanc
aūt potentiā ↄcupiſcibilē male poſſidēt q̄dā
qui cū illa appetūt ⁊ deſiderāt vana ⁊ nociua
Iuxta illud Prouer. xxj. Anima impij deſi/
derat malū. vel tēꝑoralia appetunt cum ni/
mio affectu. cōtra illud documentuȝ Auiani
poete dicentis. Nemo nimis cupide ſibi rē
deſideret vllā. Hanc autē potentiā in beata
ſponſa ſua deus dotauit ↄſiderio ꝑpetuo eter
norū. ita vt nunq̄3 cōcupiſceret niſi bonuȝ di
cens cū propheta pſ. cxviij. Concupiuit aīa
mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni
tēpore. ⁊ iterū ibidē. Et mādata tua deſide/
rabam. Unde de hac cōcupiſcentia bonoruȝ
gratias agebat deo pſ. cij. dicens. Benedic

anima mea dn̄o. ⁊ om̄ia que intra me ſūt no
mini ſancto eius. ⁊ poſtea aſſignat rōnem di
cens. Qui replet in bonis deſideriū tuū. Sē
per quoqȝ deſiderabat virgo benedicta adipi
ſci gaudia patrie celeſtis que ſunt immutabi
lia. De quibus Proſper in lib. epigramatū
īquit. Semp̄ erūt quod erāt eterne gaudia
vite. Gaudēdi quoniā cauſa erit ipē deus.
Nec varias pariet motus diuerſa volūtas.
Unū erit in cūctis lumen ⁊ vnus amor. Jā
qȝ bonis ſummis poſita exp̄ientia felix. Nec
volet augeri nec metuet minui. Hec ille.
Qui ibidē vnūquēqȝ noſtꝝ ad ꝯcupiſcēduȝ
bona celeſtia cū ipſa dei matre exhortatur di
cens. Delicias iam nūc promiſſi ꝯcipe regni
Uirtute atqȝ fide quod cupis eſſe tene. Ex-
ulta agnoſcens te verbi carne renatū. Cuiꝰ
ſi pars es: pars tua chriſtus erit. Qui ne dā
nandi legeres mala gaudia mūdi. Promiſ-
ſum ad regnū ſe tibi fecit iter. ¶ Quinta ani
me potentia dicitˀ iraſcibilis. Et eſt illa qua
iraſcimur cōtra irrogantes nobis vel ꝓximo
īiurias ⁊ damna. Et poteſt bene ⁊ male exer
ceri. Male quādo quis ex ira mouetur ad
vindictaȝ: apperēs vlciſci de inimico ſuo. Et
tūc hec potētia male exercetur adeo ꝙ q̇dam
ſapiēs vt legitur in prouerbijs phoꝝ dixit
Homo extra corpus ſuū eſt cum iraſcitˀ. Fa-
cit enim ira amittere iudiciū rationis dicen
te Cathone. Ira impedit animuȝ ne poſſit
cernere verū. Unde Tullius in tuſcul. que-
ſtio. libro. iiij. ait. Iracundia cōſilio inimica
eſt. Perturbatio aūt animi ꝑ iram facta de-
monſtratur ꝑ ſigna corporis exteriora. Nā
de irato īquit Ouid. iij. de arte amādi. Ora
tumēt ira: nigreſcunt ſanguine vene. ⁊. viij.
metham. idē ait. Sepe ſuū feruēs ocul' fert
ira furorē. Et Gualtherius in alexādraide.
lib. v. dicit. Comes indiuiſa furoris Preci-
pites capit ira gradus. ⁊ fellea torquet Lu-
mina. cōtemnitqȝ humiles rōis habenas. Et
Uirgiliꝰ. ij. Eney. inq̇t. Furor itaqȝ mētem
Precipitat. Et talē irā nunqȝ habuit btā v̄-
go. q̄ cū ſapiētiſſima eſſȝ v̄ificatū fuit ī ea il-
lud quod inq̇t Tulliꝰ in tuſcu. queſti. ſ. ꝙ ſa-
piēs nunqȝ iraſcitur. Bn̄ autē pōt iraſcibi-
lis potētia exerceri ⁊ cū merito: quādo quis
ex zelo iuſticie iraſcitur contra pctā. Iuxta
illud ꝓphete ps̄. iiij. Iraſcimini ⁊ nolite pec
care. ⁊ hoc modo excellētiſſime exercuit btā
v̄go hanc potētiam que peccata ſumme dete-
ſtata eſt ⁊ odio habuit. Unde illi inquit pro
pheta ps̄. xliiij. Dilexiſti iuſticiā ⁊ odiſti ini
quitatē ⁊c. Bn̄ etiam exercetˀ hec potētia qn̄
quis refrenat iracundiā per patiētiam. ſuā-
do illud Ouidij in epiſtolis. Uince animū
iramqȝ tuā qui cetera vincis. Hoc autē per-
fectiſſime egit beatiſſima virgo que cū eſſet
optima: nunqȝ in aduerſis ꝯturbata eſt. Sȝ
de illa verificata eſt illa Senece ad Lucil-
lum ſententia: dicentis. Uir bonus quicq̇d
ei acciderit: equo animo ſuſtinebit. Sciet ei
id ſibi accidiſſe lege diuina qua vniuerſa ꝓ-
cedunt. Cum igitur beatiſſima virgo ſuper
omnes ſcientifica fuerit: profecto omnia ad
uerſa ſibi a bono deo ſalubriter ꝑmiſſa cogno
ſcens patientiſſime tolerauit. Et cum om̄es
virtutes habuerit: non eſt dubitandū ꝙ eti-
am patientiā in ſummo poſſedit. De qua in
quit Prudentius poeta. Omnibus vna co
mes virtutibus aſſociatur. Auxiliumqȝ ſuū
fortis patientia miſcet. Uirtus nam vidua
eſt quā non patiētia firmat. Non ſolū autē
patienter tolerauit aduerſa: ſed in ipſa tole-
rantia valde gaudebat. Unde de eius patiē
tia dici poterat illud Lucani in. ix. Gaudet
patientia duris. Et illud Prudentij in lib.
de cōflictu viciorꝫ ⁊ virtutuȝ. Ecce modeſta
graui ſtabat patientia vultu. Per medias ī
mota acies: varioſqȝ tumultos. Spectabat
defixa oculis: ⁊ leta manebat. Cum igitur di
cat moralis Catho. Magna etenim moꝝ
ſemp̄ patientia virtus. Apparet qȝ excellen-
ter dotauit ſponſus celeſtis potentiā iraſcibi
lem ſponſe ſue tam mirabili patientia ⁊ mā
ſuetudine. De qua loquens Bernardꝰ in q̄
dam ſermone inquit. Reuolue diligentius
euangelice hiſtorie ſeriem vniuerſaȝ. ⁊ ſi q̇d
forte increpatoriū. ſi quid durū. ſi qd̄ denīqȝ
ſignum tenuis indignationis occurrerit in
Maria. de cetero ſuſpectā habere. ⁊ ad eam
accedere verearis. ꝙ ſi plenā magis om̄is pi
etatis ⁊ gratie. plenāqȝ manſuetudinis ⁊ mi
ſericordie inueneris: que ad eam pertinēt g̃-
tias age ei qui talē tibi mediatricē ſua beni-
gniſſima miſeratione ꝓuidit: in qua nihil po
teſt eſſe ſuſpectū. Hec ille. ¶ Sed vt paucis
multa concludā dico ꝙ tam excellētem doteȝ
dedit deus ſponſe ſue conferēdo ei gratias ſu
as. Quod inquit Hieronymꝰ in ſmone aſ-
ſumptionis. Omnis plenitudo gratie que ī
chriſto fuit venit in Maria qȝqȝ aliter: ⁊ bn̄
Nam pulcritudo gratie venit in chriſto ſicut
in homine ꝑſonaliter deificato. ⁊ in Maria
ſicut in templo dei v̄bo ſingulariter dedicato.
In xp̄o vt in capite influēte. In Maria vt
in collo corꝑi eccl'ia trāſfundēte. In xp̄o vt ī
ſuppoſito ſubſiſtēte. ac ex vniuſali fonte om-

Dotauit iraſcibilē

Maria patiētiſſima

Xp̄us et Maria differēter ſūt plena gr̄a

nis boni lumē gratie influēte. In Maria ſi
cut feliciter hec om̄ia tā mēte q̄ȝ carne recipiē
te. Nō ſolū aūt celeſtiſ ſpōſus repleuit ſpōſaȝ
ſuā gr̄a ⁊ ſanctitate: ſȝ etiā ī ipa gr̄a ⁊ ſcītate
eā ↄfirmauit ⁊ ī ꝑpetuū ſtabiliuit ī celebratō
ne haꝝ nuptiaꝝ. ſ. ī ↄceptōe filij ſui: vt dixi ī
ꝑma pte ꝑncipali hui⁹ opis ſmone. j. pte. iij
Tam ampla aūt fuit dos ipſi⁹ benedicte ꝟgi
nis vt ſoli deo cognoſcenda ſeruet̄. Et ad h̄
applicari poteſt illud Eccl. j. Ipe creauit il
lam in ſpū ſancto: vidit ⁊ dinumerauit ⁊ di
menſus eſt ſcȝ ipe ſol⁹. Sȝ q̄d vltra meextē
dam in exprimēda magnitudine dotis ꝟgi
nalis: cum ipe deus in dotē ⁊ p̄miū haruȝ nu
ptiarum ſeipm ſpōſe ſue dederit: dicēs ei illō
Gen. xv. Ego ſum merces tua magna nimiſ
Cui⁹ tam ample dotis inſtrumentū tradidit
angelus Gabriel dicens ⁊ ſcribēs. Aue gr̄a
plena dn̄s tecū ⁊c. Quia ꝟo gl'ie pompe ⁊ ſo
lennitates in matrimonijs illuſtriū pſonaꝝ
debent interuenire. vt notat̄ in auten. quib
mo. na. effi. legi. §. hoc ergo. coll'. vj. ideo nō
eſt dubitandū in tota celeſti curia indicibi
lia gaudia ⁊ exultationes ineffabiles. atq̄ȝ le
ticie maxime indicia: ſolennitateſq̄ȝ magni
ficas in his ſacratiſſimis nuptijs īteruenīſſe

¶De octaua ↄditiōe ſpōſe celeſtis q̄ dicit̄
timoroſitatis

MAgnum ornamentū mulierum eſt ti
moroſitas. nō quidē timoris qui ex
cauſa mala veluti ex puſillanimita
te procedit. de quo Lucanus libro. vj. inquit.
Degeneres trepidant animi peioraq̄ȝ ꝟſant
⁊ libro. vij. Multos in ſumma pericula mi
ſit Venturi timor ipſe mali. Et Virgilius
iiij. Eneyd̄. inquit. Degeneres aīmos timor
arguit. Hunc em̄ timorem nō appetūt viri
eſſe in vxoribus ſuis: ſed timorē qui procedit
ex amore: quando ſcȝ vxor timet offendere
virum ſuū. Et ad hoc ꝑpoſitū poſſet exponi
illud Ouid̄. ī epiſtolis. Res eſt ſolliciti ple
na timoris amor. licet ipſe in alio ſenſu dixe
rit. De hoc ornamento loquens apoſtol⁹ ad
Ephe. v. ait. Vxor timeat virū ſuum. Iſte
aūt timor poteſt dici caſtus: de quo habetur
xxiij. q. v. §. vltimo: vbi ſcriptū eſt. Timor ca
ſtus de quo hic dicit̄ eſt quo timemus ne tar
det. ne diſcedat. ne eo careamus. Hoc auteȝ
ornamentū timoroſitatis habuit ſpōſa regiſ
celeſtis. Et ideo d̄ ipa in figura ſcriptum eſt
Iudith. viij. Hec erat mulier famoſiſſima:
quia timebat dn̄m valde Debent quoq̄ȝ ſem
per mulieres timere ne in aliquo offendant
pudiciciaȝ. Et ideo euitare debent colloquia
conuerſationes ⁊ aſpectus viroꝝ: cū hec oc
caſio eis eſſe poſſint ruine. Nā ↄuerſatō mu
tua prouocat luxuriā. Iuxta illud Ouid̄. iij
de arte amandi. Mora ſemp amantes Inci
tat ⁊c. Et propter hoc dicit Bernardus ſup
Miſſus eſt. Virgines que vere ꝟgines ſūt
ſemper ſolēt eſſe pauide: ⁊ nūq̄ȝ ſecure. Et vt
caueant timenda: etiā ſecura ptimeſcāt: ſciē
tes ſe in vaſis fictilibus theſaurum portare
⁊ nimis arduū eſſet inter homines vt ange
lum viuere: ⁊ in terris more celeſtiū ↄuerſa
ri ⁊ celibem agere vitā. Hec ille. Cognoſcēs
igit̄ beatiſſima ꝟgo verā eſſe ſententiā Hie
ronymi ad Euſtochiū dicentis. Raro cogi
tatur in mente quod exteriores ſenſus non
nutriūt. Hec em̄ ſunt feneſtre. Hec hoſtia q̄
ſi non clauſa fuerint morti patet introitus et
nil niſi funeſte ingredit̄. In ſilētio aūt ⁊ clau
ſura ac quiete cogitationes pūerſe vitantur
Seruauit ſemp illud q̄d idē Hiero. eidem
Euſto. ſcribit dicens. Caue ne domū exeas:
ſcȝ ſine magna neceſſitate vel vtilitate: ⁊ ne
velis videre filias regiōis aliene: q̄uis frēs
habeas p̄triarchas ⁊ iſrael parēte leteriſ. Nā
Dina domū egreſſa corrumpit̄ Nolo igit̄ te
ſpōſum q̄rere p plateas: nolo te circuīre āgu
los ciuitatis. Spōſus em̄ ī plateis inueniri
nō pōt. Hec ille. Ipa nāq̄ȝ ꝟgo bn̄dicta a ter
tio anno etatis ſue vſq̄ȝ ad tps q̄ nupta fuit
ſemp in tēplo ſtetit ⁊ inde nō diſcedebat. vn̄
Amb. ſup Lucā exhortat̄ dicens. Diſce ꝟgi
nem moribꝫ. diſce ꝟginē verecūdia. diſce ꝟ
ginem oraculo ſolā in penetralibꝫ. quam ne
mo viroꝝ viderat angel⁹ reperit ſolā ſine co
mite: ſolā ſine teſte ⁊c. Que om̄ia faciebat i
ter alias cauſas vt ſuā ꝑpetuā ꝟginitatē illi
batā p om̄ia ↄſeruaret. Q, aūt hoc timora
tionis ornamentū excellēter fuerit in btā ꝟ
gine patet Luc. j. vbi dicit̄: q̄ cū eſſet ab an
gelo ſalutata: turbata eſt turbatione quideȝ
non furoris ſed pauoris. Et ratio fuit. q̄ȝ vt
dicunt doctores in. iij. diſ. iij. Apparuit ei in
ſpecie humana. virginuȝ autē eſt trepidare
⁊ ad om̄s viri igreſſus pauere. om̄eſq̄ȝ viro
rum affat⁹ vereri. vt dicit gloſa ſup pdicto
Luc. caplō. De hoc aūt ornamēto ſponſe ce
leſtis inquit Ambroſius ſup Lucā. Diſcite
ꝟgines ſacre nō circūcurſare p alienas edes
non demorari in plateis. non aliquos in pu
blico miſcere ſermones Maria in domo ſe
ra feſtinat. in publico manſit apud cognatā
ſuam etiā tribus mēſibus. Nō q̄ domus eā
delectaret aliena: ſed quia frequenti⁹ videri

in publico diſplicebat.

¶ De nona conditione ſponſe celeſtis q̄ dr̄ pudoroſitatis.

Nonũ ornamentũ quod habere debet ſponſa dicit̃ pudoroſitatis. Nõ em̃ debet eſſe de illis de quibus Iuuenal' inquit. Hic nullus verbis pudor aut reuerẽ tia menſe. ſed debet eſſe verecunda. Vñ apo/ ſtolus. j. ad Thim. ij. ait. Mulieres ſint cũ verecundia ꝛ ſobrietate ſe ornantes. Debent em̃ verecundari facere aliquid inhoneſti. tã in ſecreto q̃ȝ in publico. Unde Hieronym⁹ ad Demetriadẽ de virginitate ſeruãda inq̄t Quicquid pudet dicere: pudeat etiã cogita/ re. licet aũt dicat Pamphilus poeta. Nam venit a ſola ruſticitate pudor. hoc eſt falſum de pudore verecundie que eſt virtus. De qua Ualerius maximus libro quarto inq̄t. Ve/ recundia parens eſt om̃is honeſti. magiſtra innocentie. chara proximis. accepta alienis. om̃i loco om̃i tẽpore fauorabilẽ proferẽs vul tũ. Hec ille. Maxime aũt hec ṽtus conue/ nit iuuenibꝫ Ait em̃ Seneca ad Lucillum. epiſtola. xj. Verecũdia in adoleſcẽte bonuȝ ſignũ eſt. Et idẽ epiſtola. xxvj. dicit. Nutri/ endus igitur pudor: qui q̃ȝdiu in aĩo dura/ uerit: aliquis bone ſpei locus erit. Diuus q̃ȝ Ambroſius in. j. de officijs inquit. In adole ſcentibꝫ verecundia velut quedã nature dos cõmendatur: ꝛ eſt prima diſciplina. hec i ipo corporis motu: geſtu ꝛ inceſſu tenẽda eſt. ha bitus em̃ mentis cernitur in ſtatu corporis. ꝛ vox quedã eſt animi corporis geſtus vl' mo tus. In ipſo quoq̃ȝ corporis decore verecun/ dia plus eminet. Hec ille. Qui etiã ibidem ait. Verecundia eſt verba feda ſuperfluaq̃ȝ reprimere. Et Quintilianus libro. viij. de oratoria inſti. dicit. Nihil eſt ad concilian/ dum animos gratius verecundia. Et ideo Seneca in. ij. declinationũ inquit. Efferat matrona oculos iacentes in terrã ꝛc. Quod quidẽ faciebat matrona noſtra virgo bene/ dicta om̃i verecundia ꝛ pudore ſancto reple ta. Unde fuit illa mulier de qua Eccl'i. xxvj. dicit̃. Gratia ſuper gratiã mľier ſancta ꝛ pu dorata. Ipſa em̃ adeo pudorata ꝛ ſancta fu/ it ꝙ nunq̃ȝ aliquid vel minimũ quod ſancto pudori nõ cõueniret peregit. imo nec vnq̃ȝ co gitauit aut dixit. Seruauit nãq̃ȝ illud Am broſij in ꝑmo de officijs dicẽtis. Pulcra vir/ tus eſt verecundia ꝛ gratia ſuauis: que non ſolũ in factis ſed etiã in ipſis ſpectat ſermo/ nibus. vt nec modũ progrediaris in loquẽ/ do. nec quicq̃ȝ indecorũ reſonet in ſmone. ſpe culũ nãq̃ȝ mẽtis plerũq̃ȝ in verbis reſulget. Hec ille. O igitur verecundiſſima dei ſpon ſa: tu nõ feciſti ſicut multe noſtri tẽporis vir gines nuncupate que in portis manentes vl' per terras vagãtes vultus hoim̃ inuerecũde aſpiciunt. iuuenes libẽter alloquũtur. cũ eis rident: truphant̃ ꝛ ludunt ac tactibꝫ ꝛ geſtis diſſolutis multa inhoneſta faciunt. Vñ po/ ſtea nocte cogitant que in die viderũt vl' ege runt. Sed tu virgo honeſtiſſima demiſſis in terrã oculis incedebas. ꝛ adeo eras vere/ cunda vt nõ ſolũ in viſione hominũ ſed eti/ am angeloꝝ erubeſcens quãdo tibi in huma na ſpecie apparebant. Seruaſti quoq̃ȝ illõ Hiero. ad Euſtochiũ dicentis ꝑpterea cha/ riſſime hoc hortor: hoc moneo: hoc mãdo vo bis vt que xp̄i deſponſate eſtis ꝯiugio. cui om nẽ caſtitatis veſtre fidẽ vouiſtis. cui nullum preter ip̄m amatorẽ cognoſcere ſub iureiurã do eſtis pollicite. Viri cuiuſcũq̃ȝ ſtatus: et ſi eũ ſanctitas exornet. etiã ſi Iohanni bapti/ ſte equaretur i meritis: queratis effugere fa/ ciem. nec liceat ſecũ dilectione feruẽti aſtrigi. Credatis experto. Nihil omnino eſt periculo ſius viro q̃ȝ mulier. ꝛ mulieri q̃ȝ vir. Uterq̃ȝ palea. vterq̃ȝ ignis. Dicã audacter. ꝓcꝰ h' do lor dei tẽpla. ſpiritusſancti vaſa ꝛ deo dicata edificia niſi diligentiſſima ſeruẽtur cuſtodia proſtibula fiunt. ꝛ aufertur tã nobile depoſi tum. tã precioſius theſaurus. irrecupabile de cus caſtitatis. Om̃i igit̃ cuſtodia ſeruet̃ cor. Super muros hieruſalẽ ponant̃ cuſtodes. tota die ac nocte non dormiãt ne fur itroeat: ne ſpolia auferat que penit⁹ recupari nõ pñt. Hec ille.

¶ De decima ꝯditiõe ſpõſe celeſtis q̄ dicit̃ honeſtatis.

Decimũ ornamẽtũ quod i ſponſa ſua requirũt magni principes dicitur ꝛ honeſtatis. ſ. interioris ꝛ exterioris. Non em̃ ſufficit ꝙ aliqua ſit honeſta in aĩo quantũ ad voluntatẽ: ſed etiã requirit̃ ho/ neſtas quãtũ ad euidentiã exteriorẽ. Hone/ ſtas aũt extrinſeca hois conſiſtit in cuſtodia ſenſuũ ꝛ circũſpectione ꝛ grauitate geſtuũ ꝛ actuũ exteriorũ. ꝑ quã exteriorẽ grauitateȝ ꝛ honeſtatẽ poteſt fieri cõiectura de honeſtate interiori. q: habitus cognoſcuntur ꝑ actus. ij. de aĩa. ꝛ. ij. Polit̃. Unde Ariſto. inq̄t in iiij. metaph. Opus bonũ ꝛ malũ ab extra in dicat q̄le ſit in anima. ꝛ. j. de anima idẽ ph's ait. Anima ſimplex ꝛ intellectualis cognoſci tur per motũ ac ſenſum: ꝛ ꝑ operatõnem ſui corporis. ꝛ ibidẽ. Accidẽtia magnã partẽ con/

Honeſtas exterior

ferunt ad cognoſcendū qđ q̇d eſt.ꝛ.xij.me/
taphi. Act⁹ ſpecificāt habit⁹.gloſa quoqꝫ in
c.nec aliqua.xxvij.q.j.dicit.ꝑ exteriora inte/
rioꝛ voluntas dignoſcit̃. Facit ad h̄ illa vul/
Interiora cogſcunt̃ ꝑ exteriora — garis ſentētia iurꝫ que ait.ꝑ exteriora cogno
ſcant̃ interioꝛa.§.certos. Inſti.de rerum di/
ui.l.naturalē.§.in his.ff.de acqui.re.do.l.ful
cimus.§.illud ſciendū.ff.ex quibus cau.in
poſſ.c. Ariſt.quoqꝫ in.ij.prioꝝ ait.ꝑ ſigna
corporis nobis nota ſillogizamur diſpoſitio
nes anime nobis ignotas. Et Amb.in li.de
offi.di.habitus mentis ꝑ ſtatū corporis co/
gnoſcit̃. Proſper etiam in li.epi.epigramate.
xxij.inquit. Ex operꝫ ſpecie clareſcūt intima
cordis. De actib⁹ eñ exterioꝛib⁹ habent ho/
mines iudicare.clemen.exiui de paradiſo.§
cupientes.de verboꝝ ſig. Et ideo quādo q̇s
hincinde reſpicit mulieres:ꝛ quādo mulier
nutib⁹ oculoꝝ aliqua ſigna facit viris vl̕ eos
reſpicit impudice:ſignum eſt ꝙ eius animuſ
eſt impudicus.ꝛ h̄ crimen habebat Paris q̄
ſcribens Helene: vt ponit Ouidius ī eplīs
dicebat. Et tibi ꝑ nutū ſigna tegenda dabā
De quo vicio Aug⁹.in.c. Nec ſolo.xxxij.q.
v.ait.non dicatis vos animos habere pudi
cos ſi habeatis oculos impudicos.quia ipu/
dicus ocul⁹ impudici cordis eſt nūci⁹. Hoc
aūt ornamentū honeſtatis habuit excellētiſ/
ſime virgo benedicta que in omnib⁹ actib⁹ ꝛ
geſtib⁹ ſuis circūſpectiſſima ꝛ honeſtiſſima
fuit. Unde Ambroſi⁹ in.ij.de virgi.ait. Ni/
hil toruū in oculis Marie.nihil in verbis
procax.nihilqꝫ in actu verecundū fuit. Ipa
eñ perfectiſſime adimpleuit illud conſiliū
Goffredi in poetria dicentis. Seruem⁹ ho
neſta ꝛ mala vitemus. Unde de ipſa dici po
teſt illud Sap.vij.ꝛ innumerabilis hone/
ſtas ꝑ manus illi⁹. Et illa de ſe dicere poteſt
illud Eccl.xxiiij. Fructus mei:fructus hono
h — ris ꝛ honeſtatis. ¶ Quia autē extrinſeca ho/
neſtas ſine intrinſeca parū valet.imo ſeruā/
tes honeſtatē exterioꝛē:ꝛ habētes inhoneſtā
mentē:ſunt ſimiles ſepulcris dealbatis et ab
extra depictis: que intus plena ſunt cadaue
rib⁹ mortuoꝝ ꝛ oī ſpurcicia.licet a foris ap/
pareāt hoīb⁹ ſpecioſa.vt inq̇t ſaluator Mat
thei.xxiij.de phariſeis. Ideo oportet ꝙ muli
er nō ſolū ſit honeſta ꝛ incōtaminata in opi/
bus:verbis ꝛ omnib⁹ actib⁹ exterioꝛibus.ſꝫ
Maior ſit hone/ſtas mu/lieris qꝫ viri. — etiā in cogitationib⁹ ꝛ deſiderijs intrinſecus
¶ Sciendū eſt aūt ꝙ ſm leges ciuileſ maioꝛ
honeſtas requiritur in mulieribus qꝫ in ma
ſculis.ꝛ ideo ex inhoneſtate pūnitur quādo/
qꝫ mulier ꝛ nō vir.vt notat gloſa in.l.palā

§.que in adulterio.ff.de ritu nupti. Hāc aūt
intrinſecā ꝛ extrinſecā honeſtatē habuiſſe ꝟ/
ginem benedictā patet per reſponſionem eiuſ
factam angelo quādo ei dixit Luc.j. Quo/
modo fiet iſtud qm̄ viruꝫ non cognoſco.qđ
gloſa exponit.i.in virginitate manere diſpo/
ſui:ꝛ virū nō cognoſcere ꝑpoſui. Et ibidē ait
gloſa. Uide quāta eſt Marie conſtantia.q̄
licet ſalutata.licet confortata.licet cōmenda
ta.potius tamen videtur nolle habere prolē
qꝫ ꝑdere virginitatē. Et ideo de modo q̄rit:
dicentis. Quomodo fiet iſtud? Bern̄.qꝫ in
quodam ſmone inquit. O virgo prudens.
O ꝟgo deuota:quis te docuit deo placere vir
ginitate? Que lex.que iuſticia.que pagina
veteris teſtamenti hoc ꝑcipit? Nos legim⁹
apl̄um dicentē. De ꝟginib⁹ ꝑceptū dn̄i non
habeo.conſiliū aūt do. Tu ꝟo nec preceptū
nec conſiliū.nec exemplū habuiſti. Hec ille.
Tanta aūt fuit honeſtas beate virgis ꝙ nun
qꝫ motū aliquē vel rebelliōnē carnis habuit.
nec modicā incōtinentie cogitatiōem.immo
eius honeſtas ab omīb⁹ in eā aſpicientibus
extinguebat vt ſupra dixim⁹ omnē libidinē
quia vſqꝫ ad medullas cordis ipſoꝝ pene
trabat. ¶ Pro concluſione ꝟo noſtri ſmōis — J
dico ꝙ beata virgo in hoc ſeculo poſt chriſtū — Maria
fuit exemplū ꝛ ſpeculū omnis honeſtatis et — ſpeculuꝫ
bene viuendi. Unde illud Gen̄.j. Fecit de⁹ — omnis i/
duo luminaria magna.luminare maius ſcꝫ — honeſta/
ſolem.ꝛ luminare minus.i.lunā.exponi pōt — tis
de xp̄o qui eſt ſol iuſticie.ꝛ de virgine benedi/
cta que dr̄ luna.quia ſicut luna a ſole recipit
lumen.ita beata virgo ſplendorem lucis et ḡ
tie:ac normā recte viuendi ſuſcepit a chriſto
Et maxime in illo tempore quo cū eo cōuer/
ſata eſt. Unde doctor quidam grecus ſup il/
lud Lu.ij. Mater ei⁹ ꝯſeruabat oīa ꝟba hec
conferens in corde ſuo:ait. Cōſidera prudē/
tiſſimā mulierū Mariam vere ſapiē mr̄em
qualiter ſcolaris ſit pueri. Nō eñ vt puero
neqꝫ vt viro.ſed vt deo vacabat.ꝛ illi⁹ voces
ꝛ opa reputabat. Et idcirco nihil ex dictis
aut factis ab eo incaſſum illi patebat.ſed ſic̄
ipſum verbū prius in viſcerib⁹:ita nūc eiuſ
dem modos ꝛ dicta concipiebat ꝛ i corde ſuo
fouebat.ꝛ hec in p̄nti contemplabat̃ qđ ex/
pectabat in futuro clarius reuelandum. Et
hac q̇dē tāqꝫ regula ꝛ lege ꝑ totā vitā vtebat̃
Hec ille. Erat aūt virgo Maria exemplar
oīm ꝟtutū. Un̄ dr̄ in ſmone oīm ſanctorum
Uirgo maria dei populū faciendo monebat
ſpernere ꝑituri lux⁹ ſecl̄i.a lenocinio morta/
lis vite declinare:carnis pudiciciam cū vir/

ginitatꝫ honoꝛe ītra coꝛdis hoſpitia obſuate
eam ꝗꝫ oīm ꝟtutū reginā fructū ſalutis ꝑpe/
tue ſociā eſſe angeloꝝ ſuis affirmabat exem/
plis. Sicut aūt ꝟginitatis ꝛ pudicicie: ita ꝛ
omniū aliaꝝ ꝟtutū noꝛma fuit. Unde Am
bꝛo. in libro de ꝟgi. inquit. Tal' fuit Maria
vt ei⁹ vni⁹ vita oīm ſit diſciplina. ꝛ Hiero.
in ſmone ad Paulā ꝛ Euſto. ait. Si placet
vobis chariſſime talis ac tāta ꝟgo: placeat ꝛ
opus ꝟtutis ei⁹ cui⁹ vita oīm diſciplina eſt.
cui⁹ moꝛes inſtituta ſunt eccleſiaꝝ. que ꝑcel/
lit cūctis ꝛ ſupeminet vniuerſis. ꝛ infra. Tā
ta erat claritas ꝟtutis ei⁹ vt alioꝝ vitaꝫ qᷓ
ammodo obſcuraret. Et h̄ eſt veriſſimū. Nā
ſi beat⁹ Johānes baptiſta tāte fuit ſanctitatꝫ
ſicut dicit Chryſoſtom⁹ vt omniū alioꝝ vi/
tam redderet culpabilē. quid ſentiendū ē de
matre altiſſimi: Et ideo Hiero. inqͣt. Sic
in compatione dei nemo bonus: ita ꝛ in com/
paratione mr̄is dn̄i nulla inuenit̄ ꝑfecta cre
atura ꝗuis ꝟtutibꝫ eximia cōpꝛobet̄. Un⁹
eſt em̄ pater noſter q̄ eſt in celis. ꝛ vna ē ma/
ter noſtra. Una eſt ꝛ foꝛma ꝟtutū Maria.
Et idcirco hāc im̄itemini moꝛibꝫ ſequimini
caſtitatē ei⁹ ꝛ imploꝛate auxiliū. Hec ille. et
merito. Nā cū Therētius dicat in adelphiſ — Exēplū
Inſpicere tanꝗ in ſpeculo vitā hoīm iubeo
atꝗ ex alijs ſumere tibi exēplū. Et Seneca
ad Lucillū ſcribēs ꝯſulat dicens. Elige tibi
cui⁹ tibi placeat vita. Op⁹ eſt em̄ aliq̄ ad quē
moꝛes noſtri ſe erigāt. Niſi em̄ alicui⁹ regu/
lam ꝑuiam aſpicias: moꝛes eligere nō vale/
bis. Et Catho ī ſuis documētꝫ. Multoꝝ ex/
emplo diſce q̄ facta ſeqͣris. Que fugias nob
vita ē aliena magiſtra. Pꝛofecto oēs xp̄iani
debēt ſibi ꝑponere an̄ oc'los mētꝫ vitā hui⁹ ſa
cratiſſime ſpōſe celeſtꝫ. tāꝗ irrepꝛehēſibile exē
plar oīs ꝑfectiōis: qᷓ de⁹ fecit ī humana ſpe
cie vt ipa cū filio ſuo eſſet metrū ꝛ mēſura oī
um alioꝝ. ſic fecit ꝛ in oībꝫ alijs generꝫ ſpēbꝫ
ſm ſn̄iam phi. x. metaph̄. Jō Amb. vbi ſ. ait
Sic nobis tāꝗ in imagīe deſcripta ꝟgitas
vitaꝗ Marie: inq̄ velut e ſpeculo refulget
ſpecies caſtitatꝫ ꝛ foꝛma ꝟtutꝫ. Hinc ſumatꝫ
licet exempla viuēdi: vbi tāꝗ ī exēplari ma/
giſteria ſunt expꝛeſſa ꝓbitatꝫ. q̄ qᷓd coꝛrigere
qᷓd fugere. qᷓd tenere debeatꝫ oſ̄ndunt. Hec il/
le. Et iō om̄es debem⁹ obſuare illud qᷓ inqͣt
de⁹ Exo. xxv. dicēs. Inſpice ꝛ fac ſm exēplar
qᷓ tibi ī monte monſtratū eſt. i. in altitudīe
vite glorioſe ꝟginis quā ego ab eterno oꝛdi/
naui ꝛ ꝑparaui vt eēt mihi ſpōſa. filijꝗ mei
mater ꝛ ſpūs vtriuſꝗ habitatio digna ange
loꝝm regina atꝗ oīm hoīm reg'la ꝛ magi/
ſtra. Cui ē honoꝛ ꝛ gl'ia ī ſecl'a ſcl'oꝝ Amē.

¶ Pars tertia hui⁹ ſermonarij qᷓ Mari
ale appellat̄. In q̄ tractat̄ de gl'ioſe matris dei
noiatione. Hec aūt ꝑs ꝓpꝛio ac ꝑticulari no
mine mare magnū bt̄e ꝟgis nuncupat̄

Sermo primus

Nomen virgi
nis Maria. Luc. j. Licet ꝓ/
pꝛia noīa ponant̄ ꝛ mutent̄ ꝑ
libito ꝓpꝛie volūtatꝫ. C. d̄ mu — Noīa
ta. nomi. l. j. ꝛ iō de his nō curat̄. l. ſi q̄s ī fun — ꝓpꝛia
do vocabulo. ff. de lega. Pꝛimo vn̄ d̄r ꝙ diſ/
putatio de ꝓpꝛio noīe eſt relinq̄nda ꝑtinaci/
bus. vt inqͣt glo. in. l. recepticia. ī ꝟbo voca/
bula. C. de ꝯſti. pecu. Nā de noīe ꝓpꝛio q̄r fa/
cti eſt nō p̄t reddi rō. vt ait Bar. i. l. fi. §. penl̄
ff. ad muni. Tn̄ alibi d̄r ꝙ expꝛſſio ꝓpꝛij nois
multū opatur. l. ſi ſeruus cōis. ff. de ſtipu. ſer/
uo. l. fi. C. ꝑ quas ꝑſonas no. acqui. ꝛ. l. ſi cui
balneum. ff. qui. mo. vſuſfruc. amit. Itē ſo/
let dici ꝙ magnū eſt priuilegiū vocari bono
nomine. l. j. iuncta glo. in ꝟbo hāc. C. de ſum/
ma trini. ꝛ fi. ca. ꝛ nihil mali eſt honeſti homi
nis nomen aſſumere. l. facta. §. ſi mandata. ff
ad trebel. Dicitur etiā ꝙ ex qualitate nomis
pꝛopꝛij oſtendit̄ ꝛ arguit̄ qualitas ꝑſone. vt
ait glo. in rubꝛica. ff. veteris in ꝟbo iuſtinia/
nus. ꝛ gloſa in pꝛohemio ſexti. vbi ex nomīe
Bonifacij arguit̄ ꝙ erat bona facieſ. ꝓpter h̄
etiam Accurſius floꝛentin⁹ gloſatoꝛ eximiuſ
multū gloriat̄ de nomīe ſuo in. d. l. facta. §. ſi
in danda. ff. ad tre. in verbo cōditio. dicens
ſe habere honeſtū ꝛ pulcrū nomen ꝛ ꝙ voca/
tur Accurſius. quia occurrit ꝛ ſuccurrit con
tra tenebꝛas iuris ciuilis. Eapꝛopter beatiſ/
ſima ꝟgo Maria merito gloriari poteſt de
ſuo excellentiſſimo noīe. ¶ Pꝛo cui⁹ declara/
tione eſt ſciendū. ꝙ vt inqͣt beatus Tho. ī. iij — Nomīa
ꝑte ſum. q. xxvij. ar. ij. noīa debēt ꝓpꝛietati/ — ſunt rebꝫ
bus rerum coꝛreſpondere. vt patet in nomi/ — conſona
nibꝫ generꝫ ꝛ ſpecierꝫ. iiij. metaph̄. Ideo dici
tur cōmuniter ꝙ nomina debent eſſe rebꝫ cō/
ſona. xxj. diſt. c. cleros. xij. q. j. c. clericus. xvj.
q. j. c. ſi cupis. xxiiij. q. j. c. pudenda. de ꝑben.
ꝛ digni. c. cum ſm apoſtolū. ꝛ inſti. de dona.
§. eſt ꝛ aliud. ꝛ in auten. de conſu. §. ſed ſi q̄s
ꝛ. C. de epi. ꝛ cle. l. decernimus. ꝛ de offic. pꝛe.
vr. l. j. ꝛ de defen. ciui. l. defenſoꝛes. et. ff. de
tutel. l. j. ꝛ in autē. de defen. ciui. in pꝛinci. col.
ij. facit. c. penitentia. el ſecundo. ꝛ ibi gloſ. de
peni. diſ. iij. ꝛ lex a nullo. C. de feri. ꝛ. l. ita vul
neratus. in ꝑncipio ff. ad legē aquil'. ꝙ ſi hec